

FUNDACIÓ NOGUERA

ACTA NOTARIORUM CATALONIAE, 14

El manual del notari
Pere Pau Solanelles de
l'escrivania pública
d'Igualada
(1475-1479)

Volum II


edició a cura de

MIQUEL TORRAS I CORTINA



BARCELONA, 2003

© Miquel Torras i Cortina, 2003
Edita: Pagès Editors, S. L.
Carrer Sant Salvador, 8 - 25005 Lleida
Primera edició: juliol de 2003
ISBN obra completa: 84-9779-054-5
ISBN volum II: 84-9779-053-7
Dipòsit legal: L-810-2003
Enquadernació: Fontanet
Impressió: Arts Gràfiques Bobalà, S. L.



367

1477, març, 7. Igualada

Francesc Ballester, de Copons, constitueix procurador seu Nicolau Busquets, teixidor de la vila d'Igualada, perquè cobri els diners que li deuen Pere Rossic (senior), la seva esposa Maria, llur fill Pere (júnior) i Maties Tomàs, àlies Palau, tots del lloc de Jorba, per raó de la venda de dos bous.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 96r.

Die veneris, .VII. marcii, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

Ego, Franciscus^a Ballester, loci de Coponibus, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Nicholaum Busquets, textorem^b ville Aqualate^c, presentem procuratorem meum certum et specialem, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum pro me et nomine meo a Petro Rossich, loci de Iorba, Maria, eius uxore, Petro Rossich, dicte coniugum filio, [et]^d Mathia Thomas, alias Palau, termini dicti castri de Iorba, illam pecuniam quantitatem quam michi debent mediante obligationem racione precius unius paris bovum. Et inde apocham vel apochas [et cetera]^e. Execuciones et cetera. Et ad lites cum potestate substituendi, promitens habere ratum et cetera, et non revocare et cetera. Sub bonorum meorum obligo et cetera.

Testes, Nicholaus Puiggros, parator, et Bartholomeus Çabata, manyanus, ville Aqualate.

- a. al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.
 b. segueix, cancel·lat, dicte. c. Aqualate, interlineat. d. manca al manuscrit.
 e. ídem.

368

1477, març, 10. Igualada

Joan Soler, barber, i Joan Canaletes es donen mútua paraula de pau, la qual serà vàlida fins que aquesta sigui retirada.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 96v.

[f. 96v] Ego, Iohannes^a Soler, barberius, ex una, et ego, Iohannes Canaletes, ex altera partibus, gratis nos, dicte partes, damus pars parti verbum pacis^b duraturum^c donech redditum fuerit, et per decem dies per tempus quod possit reddi in posse

baiulorum *et cetera*^d. Promittentes *et cetera*, pena .XXV. librarum. Obligamus personas et bona. Et iuramus *et cetera*.

Testes firme dicti Iohannis Soler Petrus Aguilera, textor, et Amator Fons, clericus, ville Aqualate^e.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat,* perpetuo. c. *segueix, cancel·lat,* fu. d. *quod possit ... et cetera* interlineat. e. *segueix, cancel·lat,* Et firme dicti Iohannis Canaletes.

369

1477, març, 9. Igualada

Jaume Pinós, fill de Francesc Pinós, de la Seu d'Urgell, rep en comanda-dipòsit d'Antoni Carulla, de Vilanova del Camí, 24 lliures; se signa l'àpoca de la recepció de la predita quantitat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 96v.

Die dominica, .VIII. marcii, anno predicto [...] ^a hic.

Ego, Iacobus^b Pinos, filius Francisci Pinos, Sedis Urgellis, asserens vigore iuramento per me inferius prestiti me fore maiorem .XV. annorum vel inde circa, confiteor et recognosco vobis, Anthonio Querulla, Villenove de Camino, teneo in vestra comanda, puro et plano deposito .XXIII. libras^d Barchinone. Et ideo, renunciando *et cetera*. Promitto restituere *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus obligo personam et bona *et cetera*^e. Iuro *et cetera* me fore maiorem .XV. annorum.

Testes, Anthonius Simon, sutor, et Franciscus Truyllis, faber, vile Aqualate

Item, firmarunt^f apocham de recepto de dictis .XXIII. libris.

Testes, predicti.

a. *espai corresponent a un mot.* b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* d. *al manuscrit, solidis.* e. *segueix, cancel·lat,* assero. f. *al damunt de firmarunt dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

370

1477, març, 14. Igualada

Violant, donzella, filla del difunt Miquel Vila i esposa de Joan Canaletes, ambdós de la vila d'Igualada, constitueix procu-

rador el seu espòs, perquè pugui rebre les quantitats de diners que li deuen per raó de les pensions de censals, violaris, comandes, obligacions judicials, seguretats i altres qualssevol raons.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 96v.

Die veneris, .XIII. proxime dictorum mensis et anni.

Ego, Violans^a, domicella, filia Michaelis Vila, quondam, ville Aqualate sponsique vestri Iohannis Canaletes, dicte ville, ex certa sciencia constituo et ordino vos, eundem Iohannem Canaletes, sponsum meum, presentem, et onus huiusmodi sponse suscipientem, procuratorem meum certum et specialem, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum pro me et nomine meo omnes et singulas peccunie quantitates michi debitas et pertinentes, tam ratione pensionum censualium, violariorum, comandarum, obligaciones iudicialium securitatem et aliis quibusvis rationis, titulis sive causis, cum scripturas *et cetera*, necnon res, bona et iura *et cetera*. In quavis *et cetera*. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Salarium vestrum cotidianum *et cetera*. Penas *et cetera*, accusando *et cetera*, exequciones et retroclama *et cetera*. Composiciones et avinencias *et cetera*. Et ad lites largo modo cum potestate substituendi. Promitens habere ratum *et cetera*, et non revocare, set, sub bonorum meorum obligo [*et cetera*]^b.

Testes, Petrus Amat et Iohannes de Sala, minor, sutores dicte ville.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *manca al manuscrit.*

371

1477, març, 14. Igualada

Pere Claramunt, sabater de la vila d'Igualada, retorna a Bernat Vendrell (júnior), i a Mateu Vendrell, fills d'en Mateu Vendrell i Joana —difunts—, un tros de terra anomenat l'Era, el qual li havien venut a carta de gràcia.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 97r.

[f. 97r] Ego, Petrus^a Claramunt, sutor ville Aqualate, gratis *et cetera*, vigore instrumenti graciae per me facte vobis, Bernardi

Venrell et domine Iohanne, quondam, matri vestre, et eciam aliis causis et motivis animum meum moventibus, restituo et^b [facio]^c donacionem et absolucionem^d vobis, dicto Bernardo Venrell, presenti, et Matheo Venrell, filio et heredi venerabilis Bernardi Venrell et dicte domine Iohanne, eius uxoris, defunctorum, et vestris et quibus volueritis, terre trocium vocatum *La Era*, videlicet, ipsum trocium et erema quam vos, dictus Bernardus Venrell et dicta domina Iohanna, mater vestra, michi vendidistis instrumento tamen gracie redimendi mediante, cum instrumento inde recepto per discretum Marchum Busquets, auctoritate regia notario, habitatorem dicte ville, et huiusmodi restitutionem, donacionem et absolucionem facio vobis, dictis Matheo Venrell et Bernardi Venrell, et vestris de predictis *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*. Restituens possessionem *et cetera*. Cedens iura que vigore ipsius contractus mee empccionis adquisite *et cetera*. Promitens presentem restitutionem, donacionem et absolucionem ratas habere *et cetera*, et non contrafacere aliquo iure, causa vel eciam racione. Hoc cum intellectu et reservato quod precium ipsius empccionis sit michi salvum et securum super aliis proprietatibus in contractui dicte empccionis contentis et designatis *et cetera*. Et dictus Bernardus Venrell acceptavit dictam restitutionem, absolucionem, definicionem a Petro Claramunt, cum dicta salutate et retencione precii supra, quod salvum et securum esse voluit super dictis proprietatibus in dicta vendicione contentis, presenti restitutione in aliquo non obstante.

Testes, Bartholomeus Çabata, manyanus, et Petrus Aguilera, textor, et Michael Gatell, parator, dicte ville

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, torno.* c. *manca al manuscrit.* d. donacionem et absolucionem, *interlineat.*

372

1477, març, 15. Igualada

Bernat Vendrell, en nom propi i com a procurador del seu germà Mateu, ambdós mercaders de la vila d'Igualada, ven a Antoni Simó, sabater de la mateixa vila, un tros de terra en el qual hi ha construïda una era per a batre el blat, situada a la part inferior de la vila, pel preu de 7 lliures; el venedor signa l'època

de la predita quantitat; també acorda que Antoni Simó només haurà de pagar els 4 sous del cens que grava el tros de terra.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 97r-98r.

Die^a sabati^b, .XV. marcii, anno predicto.

In Dei nomine. Ego, Bernardus^c Venrell, mercator ville Aqualate, nomine meo proprio et ut procurator venerabilis Mathei Venrell, mercatoris dicte ville, fratris mei, prout de ipsa procuracione plene constat instrumento inde facto et acto Barchinone, vicesima quarta die ianuarii, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXX. septimo clausoque per discretum Ludovicum Iorba, auctoritate regia notarium publicum Barchinone, gratis et ex certa sciencia, per me, dictis nominibus, et dictum principalem meosque et suos successores^d, vendo et ex causa vendicionis concedo vobis, Anthonio Simon, sutori dicte ville, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, quodam terre trocium cum introitibus, exitibus universisque iuribus et pertinenciis suis [f. 97v] in quo est constructa quedam erea triturandi blada, quod antiquitus solebat esse diverse proprietates sive partite, citum in termino ville Aqualate^e, a parte inferiori ipsius ville, prout^f terminatur^g a duabus partibus, videlicet, orientis et circii cum valle Veteri dicte ville; ab alia parte cum terre trocio Iohannis Gili, hostalerii dicte ville, quod antiquitus solebat esse Anthonii Roseta, quondam; et ab alia parte, videlicet, a parte meridiey, cum camino regali quo tenditur de dicta villa Aqualate versus civitatem Barchinone. Et tenetur per dominos dicte ville, in parte^h ad censum duodecim denariorum in compensacionem decime et tasche, et pro vico quo solebat transire per dictam peciam terre; et in parte eciamⁱ tenetur per dictos dominos dicte ville qui ibidem recipiunt anno quolibet in festo Nathalis Domini tres solidos Barchinone censuales, videlicet, duos solidos in compensacionem decime et tasche, que antiquitus facere solebat de fructibus cuiusdam partis sive sortis eiusdem terre trocii, et sex denarios racione illius stabilimenti per ipsos dominos de quodam vico qui transebat per medium dicte sortis terre, et alios sex denarios quos dicti domini recipiebant super quodam peciola terre que antiquitus fuit Arnaldi Catarro. Tenetur, inquam, in parte *et cetera*. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens dictis nominibus predicta que vobis vendo de iure, dominio^j et posse mei et dicti fratris mei meorumque et suorum eademque in vestrum *et cetera*. Promitens tradere possessionem

et cetera. Cedens iura et cetera. Quibus iuribus et cetera. Precium est septem librarum monete Barchinonensium de terno. Et ideo, renunciando et cetera. Eisdem nominibus dono et remito^k siquid predicta que dictis nominibus vobis vendo plus modo valet et cetera. Promitens eisdem nominibus facere, habere et tenere et cetera. Et tenebor dictisque frater et principalis mei meisque et sui tenentur semper de firma et legali eviccione, controversias, personas largo modo et cetera. Et solvemus missiones et cetera. Super quibus et cetera. Obligamus bona mea propria et dicti fratris et principalis mei utriusque insolidum mobilia et cetera. Renunciamus et cetera. Et iuramus animam meam et dicti principalis mei.

Testes, Nicholaus Puigros, parator pannorum lane, Petrus Colldesança, faber, et Bartholomeus Riba, sutor, ville Aqualate.

Item, dictus Bernardus^l Venrell, dictis nominibus, firmavit apocham de soluto dicto Anthonio Simon, de dictis septem libris, precii precontenti.

[f. 98r] Item, fuit conventum et concordatum et per dictum Bernardum^m Venrell dictis nominibus promissum, quod ultra quatuor solidosⁿ dictorum censum apererent esse quod id quod ultra dictos quatuor solidos^o fuerit facere^p dicto Anthonio Simon indempne promitens^q id solvere pro ipso dictum censum^r, sich quod dictus Anthonius Simon non teneatur facere census dictarum proprietatem nisi cum quatuor solidis dicte monete. Et pro hiis dictus Bernardus Venrell, dictis nominibus, obligavit omnia et singula bona dicti fratris sui et suis. Renunciavit *et cetera*. Et iuravit *et cetera*, dantesque ipsum terre trocium franchum et quitium usque in die presente *et cetera*.

Testes, proxime dicti.

a. *al marge esquerre*, stabilimentum .X. septembris, .M.CCCC.XXVIII^o.
 b. *segueix, cancel-lat*, .XXV. c. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. d. *successores, interlineat*. e. *segueix, cancel-lat, sitis*. f. *segueix, cancel-lat, assero*. g. *segueix, cancel-lat, ab una parte*. h. *segueix, cancel-lat, q[...]* videlicet illo. i. *eciam, interlineat*. j. *segueix, cancel-lat, mei*. k. *segueix, cancel-lat, predi*. l. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. m. *ídem*. n. *segueix, cancel-lat, ap*. o. *solidos interlineat*. p. *segueix, cancel-lat, sub*. q. *indempne promitens interlineat; segueix, cancel-lat, [...]* satisfaccionem. r. *solvere ... censum ad interlineat*.

373

1477, març, 16. Igualada

Pere Malendric i Jaume Malendric, germans, paraires de draps de llana de la vila d'Igualada, prometen complir arrest dins la casa de Mateu Vendrell, mercader; Pere Malendric demanà als batlles de la vila que detinguessin Joana, dona pública, que es troba a la vila, per interrogar-la sobre aquesta qüestió, i Barthomeu Sabata, manyà, prometé fer-ho.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 98v.

Die dominica, .XVI. marcii, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

Petrus^a Mallendrich et Iacobus^b Mallendrich, fratres, paratores pannorum lane ville Aqualate, vigore iuramenti et pene subscriptorum, promiserunt tenere arrestum intus domum Mathei Venrell, mercatoris dicte ville, promitens non exire absque licencia^c honorabilium baiulorum petita et obtenta *et cetera*. Pena .XXV. librarum *et cetera*. Obligarunt personas et eorum bona *et cetera*. Et iurarunt *et cetera*. Et prestarunt homagium in manu et posse venerabili Nicholai Puiggros, baiuli regi dicte ville, nomine domini regis et monasterii recipientis.


Testes, Franciscus Truyllus, faber, et Anthonius Rosseta, parator, ville Aqualate.

Et dicto homagio prestito, dictus Petrus Mallendrich requisivit dictos honorabiles baiulos quatenus habeant ad eorum manus Iohannam, feminam publicam, que est in presenti villa, et de illis persona se assecurant, et iuri et racioni teneant.

Testes, predicti.

Bartholomeus^d Çabata, manyanus, convenit et promisit baiulis tenere in^e comanda curie dictam Iohannam et de illa dare racionem cum requisitus fuerit *et cetera*. Sub pena .XXV. librarum. Obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit *et cetera*.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho per iuravit homagium.* b. *idem.* c. *segueix, cancel-lat, per.* d. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* e. *segueix, cancel-lat, dictam.*



374

1477, març, 16. Igualada

Antoni Sabata, manyà de la vila, prometé restar dins la casa del seu pare, Batomeu Sabata.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 98r.

Anthonius^a Çabata, manyanus dicte ville, promisit tenere arrestum intus domum quam dictus Bartholomeus Çabata, eius pater, possidet in presenti villa, promitens non exire *et cetera*, sub pena .XXV. librarum. Obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit [*et cetera*]^b. Et prestitit homagium in posse dicti Nicholao Puiggros, baiuli regi, nomine dicti regis et monasterii recipientis.

Testes, venerabiles Anthonius Simon, Iohannes Tenat et Franciscus Truyllols.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.* b. *manca al manuscrit.*

375

1477, març, 16. Igualada

Pere Malendric i Jaume Malendric, d'una part, i Joan Salom, sabater i ciutadà de Manresa, de l'altra, signen treves fins a la propera festa de Sant Andreu, i es comprometen a no perjudicar-se en res durant aquest temps.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 98v.

[f. 98v] Nos, Petrus^a Mallendrich et Iacobus^b Mallendrich, ex una parte, et^c Iohannes^d Salom, sutor civis Minorise, ex altera parte, gratis nos, dicte partes, facimus et firmamus inter nos treugas *et cetera* duraturas hunch ad festum Sancti Andree proxime venturum, et ab inde donech fuerint redditis et postquam redditis fuerint per .X. dies tunch proxime sequentes, que possint reddi personaliter, vel per procuratorem, in posse honorabilium baiulorum dicte ville vel eorum locumtenentis intus eorum iurediccionem tunch personaliter inventorum, convenientes et promitentes quod durantibus ipsis treugis vel earum tenenciis non faciemus, tractabimus *et cetera* aliquid dampnum, iniuriam vel offensam^e *et cetera* in persona vel bonis. Et hoc sub pena

quinquaginta librarum acquirenda pro medietate parti *et cetera*, et pro altera medietate curie. Obligamus personas et bona *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et prestamus homagium ore et manibus in posse honorabilis Nicholai Puiggros, baiuli eiusdem ville, dicti rege domini regis [*sic*] et^f pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis recipientis.

Testes, Anthonius Simon, Iohannes Tenat et Franciscus Truylols.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho per iuravit homagium.* b. *ídem.* c. *segueix, cancel-lat, Iohannes.* d. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* e. *segueix, cancel-lat, in.* f. *dicto rege ... et, interlineat.*

376

[1477, març, 16. Igualada]

Joan Francolí, pagès de la vila d'Igualada, promet restar dins casa seva, a la vila d'Igualada.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 98v.

Iohannes^a Francoli, agricultor ville Aqualate, promisit tenere arrestum intus eius domum quam fovet in dicta vila, promitens non exire palam vel occulte *et cetera*, sub pena .XXV. librarum *et cetera*. Obligavit personam et bona *et cetera*. Renunciavit *et cetera*. Et iuravit *et cetera*. Et prestitit homagium in posse dicti baiulis reii, nomine domini regis et monasterii recipientis.

Testes, Iohannes Tenat, faber, et Paulus Puiggros, sartor, dicte ville^b.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho per iuravit homagium.* b. *segueix, cancel-lat, Testes, Franciscus Truylols, faber, et Petrus Ledo, textor, dicte vile.*

377

[1477, març, 16. Igualada]

El mateix promet fer Joan Gil, i restar reclòs a casa seva.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 98v.

Simile arrestum et sub simili pena promisit tenere Iohannes^a Gili, hostalerius, intus eius domum *et cetera*. Obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit *et cetera*. Et prestitit homagium *et cetera*.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho per iuravit homagium.*

378

1477, març, 17. Igualada

Joan Francolí, d'una part, i Joan Gil, de l'altra, signen treves fins la propera festa de Sant Andreu, i es comprometen a no perjudicar-se en res durant aquest temps.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 98v.

Die lune, .XVII. marcii, anno predicto.

Ego, Iohannes^a Francoli, ex una, et Iohannes^b Gili, ex altera *et cetera*, gratis nos, dicte partes, facimus et firmamus inter nos treugas duraturas hunch ad festum sancti Andree proxime venturum, et ab inde donech fuerint redditis, et postquam redditis fuerint per .X. dies *et cetera*, que possint reddi personaliter vel per procuratorem in posse dictorum honorabilium baiulorum vel alterius eorum *et cetera*, convenientes *et cetera*, quod durantibus ipsis treugis non faciemus, tractabimus, procurabimus *et cetera* aliquid dampnum, iniuriam vel offensam. Obligamus personas et bona *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et prestamus homagium *et cetera* in posse honorabilis Nicholai Puiggros, baiuli regii nomine domini regis et monasterii recipientis.

Testes, Franciscus Truyllols, faber, et Petrus Ledo, textor, Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho per iuravit homagium.* b. *idem.*

379

[1477, març, 17. Igualada]

Antoni Sabata, manyà, d'una part, i Pere Malendric i Jaume Malendric, de l'altra, signen treves fins la propera festa de Sant

Andreu, i es comprometen a no perjudicar-se en res durant aquest temps.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 99r.

[f. 99r] Ego, Anthonius^a Çabata, manyanus, ex una parte, et nos, Petrus^b Mallendrich et Iacobus^c Mallendrich, ex altera parte, gratis nos, dicte partes, facimus et firmamus inter nos treugas *et cetera*, duraturas hunch ad festum sancti Andree apostoli proxime venturum, et abinde donech reddite fuerint^d, et postquam reddite fuerint per .X. dies, que possint reddi personaliter vel per procuratorem^e honorabilis baiuli ville Aqualate vel eorum locumtenentis et aliter ipsorum infra eorum iurediccionem personaliter inventis, promittentes pars parti quod dictarum ipsis treugis vel earum tenenciis non faciemus, tractabimus aur ptocurabimus aliquid dampnum, iniuriam vel offensam *et cetera*, sub pena quinquaginta librarum Barchinensium acquirenda pro medietate parti et pro altera medietati officiali curie *et cetera*. Obligamus personas et bona *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et prestamus homagium ore et manibus in posse honorabilis Nicholai Puiggros, baiuli regii dicte ville, ipsum homagium nomine dominis regis et monasterii Sancti Cucufatis Vallensis recipientis *et cetera*.

Testes, Franciscus Truyllols, faber, et Petrus Ledo, textor, Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho per iuravit homagium.* b. *idem.* c. *idem.* d. *segueix, cancel·lat, que possint.* e. *segueix, cancel·lat, dominis.*

1477, març, 1. Igualada

Jaume Maçana, fill dels esposos Antoni Maçana, difunt, i Caterina, com a hereu dels béns dels seus pares, i la predita Caterina, com a possessora dels béns del seu espòs per raó del dot i l'esponsalici, venen a Pere Pau Solanelles, notari de la vila d'Igualada, un hort que es troba a l'horta de la predita vila pel preu de 25 lliures; aquest assumeix de redimir a Ramon Pullina —anterior propietari del tros de terra— 10 lliures [preu de la compra que li féu Caterina del tros de terra], així com de lluir dos censals que hi ha sobre aquell hort, un de 5 lliures

de preu que Ramon de Santacreu, antic propietari, prestava a la confraria de la Trinitat, i un altre de 10 lliures que prestava el mateix propietari al difunt Ramon Tenat, menestral de la vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 99r-99v.

Die veneris, prima marcii, anno .M^o.CCCC. septuagesimo septimo, per me Bartholomeum Puiggros, presbiterum vicarium ecclesie ville Aqualate, fuit receptum sequens instrumentum.

In Dei nomine. Ego, Iacobus^a Masana, filius venerabilis Antonii Masana, quondam, ville Aqualate, et domine Caterine, eius uxoris, quiquidem Anthonius Maçana, filius et heres fuit Bernardi Maçana, quondam, dicte ville^b, heresque universalis^c eiusdem domine Catherine, matris mee, quod de ipsa universali herencia plene constat per testamentum eiusdem domine matris mee, quod fecit et firmavit in posse venerabilis rectoris et notarii ecclesie loci de Coponibus, die et anno in illo contentis *et cetera*, gratis, attendens dictam dominam Catherinam, matrem meam, ut tenentem et possidentem bona et iura eiusdem viri sui, pro suis dote et sponsalicio et aliis iuribus, et ut habentem in solum dacionem de ortis et exitis subscriptis in solum, videlicet, prorata ipsorum dotis et sponsalicii *et cetera*, ut in actibus curie lacius est videre, una cum Petro Maçana, dictorum parentum meorum filio fratreque meo, vendidisse instrumento tamen gracie redimendi mediante discreto Iohanni Serralonga, quondam, notarii [f. 99v] dicte ville Aqualate, et suis, quosdam ortos et exitas que antiquitus fuerunt Raymundi de Sancta Cruce, citis in orta nova dicte ville, prout terminatur, videlicet, dicte exite que sunt constructe supra regum molendinorum de la abbadia, ab una parte cum quadam exita venerabili Petri Almunia; ab alia parte cum dicto rego molendinorum de la abbadia; ab alia parte cum exitis vestris, dicti emptoris; et ab alia parte cum campo quo tenditur de dicta villa Aqualate ad dictum molendinum. Et dicti orti terminatur ab una parte cum quodam orto dicti Petri Almunia; ab alia parte cum riaria; ab alia parte cum ortis vestri, dicti emptoris; et ab alia parte cum dicto rego molendinorum de la abbadia. Et tenetur dicte exita et orta *et cetera*, remittatur instrumentis antiquitus *et cetera*. Precio, videlicet, decem librarum, ut constat de dicta vendicione instrumento inde recepto per discretum Bernardum Laurencii, notarium ville Tarrege, die et anno in illo contentis. Et postea, domina Beatrix, uxor discreti

Hugueti de Serralonga, quondam, notarii, tutrix pupillorum filiorum dicti discreti Iohannis Serralonga, vendidisse dictos ortos seu ius in illis pertinentes Anthonio Simon, sutori dicte ville, dicto instrumento graciae salvo^d remanente. Posteaque dictus Anthonius Simon, dictos ortos et exitas seu ius ei pertinens in eisdem vendidisse Raymundo Pullina, blanquerio dicte ville, dicto instrumento salvo remanente, ut hec et alia in instrumentis inde factis lacius est videre. Attendens, inquam, fore conventum et concordatum inter me, dictum Iacobum Maçana et vos, Petrum Paulum Solanelles, notarium dicte ville, ut vos assumendo onus luendi pariter et quitandi dictas decem libras precii ipsorum orti et exite, et assumendo onus soluendi pariter et suo casu luendi illud censuale mortuum pensiones annue quinque solidorum dicte monete, et precii sive proprietatis quinque^e librarum *et cetera*, descendens ex precii dicti orti^f quod Raymundus de Sancta Cruce facere et prestare tenebatur confrarie Sancte et Individue Trinitatis, in dicta villa dotate, et illud censuale mortuum pensionis annue^g decem solidorum, et precii sive proprietatis decem librarum^h dicte monete, quod descendit ex precio dicti orti quod dictus Raymundus de *Sancta Creu* faciebat et prestabatⁱ heredi Raymundi Tenat, quondam, fabri dicte ville, queque censualia in actu empcionis quam dictus Bernardus Maçana fecit de eiusdem ortis et exitis onus assumpsit soluendi annis singulis pariter et suo casu lendi *et cetera*, vendo sive dono et concedo, absolvo, difinio et remito vobis, dicto Petro Paulo Solanelles, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totum ius et quidquid iuris et acciones michi pertineat seu spectet in^j dictis ortis, tam vigore instrumenti graciae redimendi dictos ortos inde factis quam alia quovis iure, titulo sive causa *et cetera*. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*. Tradens possessionem *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Precium est viginti quinque librarum Barchinonensium insolutum quarum vos teneamini luere et quitare dictas decem libras. Et assumere onus soluendi pariter et suo casu luendi dicta duo censualia, me et bona mea penitus indempnes servando *et cetera*. Et ideo renunciando *et cetera*, dono et remito *et cetera*. Promitens facere, habere et tenere *et cetera*. Et tenebor de eviccionem largo modo *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*. Ad hec ego, dictus Petrus^k Paulo Solanelles, acceptans predicta, promito solvere, luere et quitare dicto Raymundo Pullina dictas

decem libras, et solvere et suo casu luere dicta duo censualia. Et servabo indempnes vos et bona vestra et obligatorum in dictis censualibus *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*^l. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo specialiter et expresse dictos ortos et exitis que nomine precario *et cetera*^m. Dantes *et cetera*. Et generaliter omnia bona mea *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*. Et volumus nos, dicte partes, quod de presenti nota fiant dicto publico instrumenta *et cetera*.

Testes, discretus Raymundus de Sala, presbiter, Nicholaus Giner, textor, et Gaspar Millars, ville Aqualate.

Ego, dictus Bartholomeus Puiggros, vicarius ecclesie ville Aqualate, confiteor ut notarius premissis item fuisseⁿ.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. *segueix, cancel-lat, attendens dictam dominam Catherinam*. c. *universalis, interlineat*. d. *salvo, interlineat*. e. *segueix, cancel-lat, quinque*. f. *segueix, cancel-lat, et illud censuale pensionis*. g. *segueix, cancel-lat, quinque*. h. *decem librarum, interlineat, sobrescrit damunt quinque librarum, cancel-lat*. i. *faciebat et prestabat, interlineat*. j. *in, interlineat*. k. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. l. *Sine dilacione et cetera, interlineat*. m. *que nomine precario et cetera, interlineat*. n. *la darrera frase és autògrafa de Bartomeu Puigròs*.

381

1477, març, 26. Igualada

Baltasar Soler, teixidor de la vila d'Igualada, tutor de Caterina, filla del difunt Joan Oliver, constitueix procurador seu Martirià Planes, paraire de la predita vila, per rebre de Joan Barber, abans de la vila de Tàrrega, ara de la vila d'Almenara, 24 florins d'or i una manta esquinçada, segons consta en el testament de Joan Oliver.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 100r.

[f. 100r] Die mercurii, .XXVI. marcii, anno .M.CCCC.LXXVI^o.

Ego, Baltasar Soler, textor ville Aqualate, tutor datus, constitutus et assignatus per honorabiles baiulos dicte ville, persone et bonis Catherine, pupille, filie Iohannis Oliver, quondam^a, ex certa sciencia constituò et ordino vos, Marturianum Planes^b, paratorem dicte ville, procuratorem et actorem *et cetera*, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum^c a Iohanne Barber, ville de Tarrege, nunc vero ville de Almenara, illos .XXIII.

florenos auri et unam mantham vetere fractam quos sibi munita^d tradidit, ut constat per testamentum eiusdem Iohannes Oliver, de receptis apocham vel apochas *et cetera*. Exequciones *et cetera*. Et ad lites largo modo *et cetera*. Promitens habere ratum et non revocare. Sub bonorum dicte tutelle obligo *et cetera*.

Testes, discretus Raymundus Sala, presbiter, et Bernardus Venrell, ville Aqualate^e.

a. *segueix, cancel·lat, un mot.* b. *segueix, cancel·lat, pres.* c. *segueix, cancel·lat, illos.* d. *munita, lectura dubtosa.* e. *tot l'instrument ratllat amb una ratlla vertical.*

382

1477, abril, 1. Igualada

Pere Canaletes (sènior) i el seu fill Joan Canaletes, de la vila d'Igualada, reconeixen deure 36 lliures a Antoni Mateu, de la mateixa vila, part d'una quantitat més gran, i que fou el preu de la venda de 60 moltons que aquest els vengué per a la carnisseria de la vila, de la qual els compradors en tenen cura; prometen que les hi pagaran aquest mes d'abril i per això obliguen tots els moltons comprats i dues mules que posseeixen, així com qualsevol bestiar que puguin comprar.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 100r-100v.

Die martis, prima aprilis, anno predicto.

Nos, Petrus^a Canaletes et Iohannes [*sic*] Canaletes, eius filii, ville Aqualate, gratis confitemur et recognoscimus vobis, Anthonio Mathei, dicte ville, quod debemus vobis triginta sex libras Barchinone descendentes ex maiori peccunie quantitate racione precii illorum sexaginta mutonorum quos a vobis emimus, habuimus et recepimus ad opus carnicerie ville Aqualate, quam nos, dicti Petrus Canaletes, pater, et Petrus [*sic*] Canaletes, eius filius, emimus, regere et servire debemus. Et ideo, renunciantes *et cetera*, vigore iuramenti et homagii et pene .XXV. librarum quam gratis imponimus, convenimus et promitimus vobis quod dictas .XXXVI. libras vobis solvemus per totum presentem mensem aprilis in hunch, videlicet, modum: quod qualibet die carnali in none eiusde diy [*sic*], totum id quod procedet ex tallio carniū^b mutonorum et aliarum carniū^c dicte carnicerie, deducta impositione et impositio dicte ville^d vobis dabimus et

deliberabimus donech vobis fuerit satisfactum in dictis triginti sex libris. Et si id quod procedit infra ipsum tempus non suficeret ad solucionem dictarum .XXXVI. librarum, promittimus^e aliis bonis et peccuniis nostris ad id facere complementum. Et si forte de dicto bestiarum vel alio nostro bestiarum per nos venderetur *en gros* vel alia, teneamini vobis dare et solvere id quod ex illo procedit^f. Sine dilacione *et cetera*. Cum salario procuratoris .V. solidorum. Et solvemus missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et pro hiis obligamus vobis et vestris specialiter et expresse predictos mutones per nos a vobis emptos necnon, et duas mulas nostras, unam pili nigri et alteram de pilo *de rata*, et, inquam, quecumque alia bestiarum si que nos emerimus [*f. 100v*] et tenebimus in presenti villa et eius territorio, que bestiarum et mulas tenere confitemur in vestra comanda et nomine vestro precario *et cetera*. Dantes licenciam vobis *et cetera*. Et generaliter obligamus omnia bona nostra et cuiuslibet nostrum insolidum *et cetera*. Renunciamus beneficio novarum constitutionem *et cetera*. Spaciis *et cetera*, feriis *et cetera*, foro *et cetera*. Submitentes nos *et cetera*. Et omni iuri *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et pro complendis predictis prestamus homagium de ore et manibus in posse honorabilis Nicholai Puiggros, baiuli regi dicte ville, ipsum homagium recipientis nomine domini regis et monasterii Sancti Cucufatis Vallensis.

Testes, venerabiles Gispertus Millars, mercator, et Petrus Ledo, textor, ville Aqualate. Et firme dicti Iohanni Canaletes^g.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, de.* c. *segueix, cancel·lat, et aliarum carnum.* d. *segueix, cancel·lat, totum.* e. *segueix, cancel·lat, de.* f. *Et si forte ... procedit, interlineat.* g. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals; continua la següent nota al peu del document, Die iovis, .XXXI. iulii, anno presenti et currenti, de voluntate dicti Anthoni Mathei fuit cancellata dicta securitas, eo quia fuit sibi plenarie satisfactum in dicto debito per dictos Petrum Canaletes, patrem, et filium *et cetera*; presentibus testibus Marco Stany, sutore, et Petro Mas, sartore, dicte ville Aqualate.*

1477, abril, 1. Igualada

Antònia, vídua de Pere Paloma, de la vila d'Igualada, en possessió dels béns del seu espòs, per raó dels deutes amb que aquests

estan obligats, considera que ha de vendre alguna propietat i per això ven a Antoni Mateu, de la mateixa vila, una peça de terra campa, situada prop dels femers de Soldevila; ratifiquen aquesta venda Joana, esposa de Lluc Corder, teixidor de la vila, i Antònia, esposa de Pere Empúries, natural de Guissona i habitant de Barcelona, ambdues filles de la predita Antònia; Lluc Corder dóna el seu assentiment a la venda a condició que els diners obtinguts siguin destinats a la lluïció dels censals que graven l'heretat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 100v-101r.

In Dei nomine. Ego, Anthonia^a, uxor Petri Paloma, quondam, maioris dierum ville Aqualate, tanquam tenens et possidens omnia et singula bona dicti viri mei pro meis dote et sponsalicio et aliis iuribus meis, attendens hereditatem dicti viri mei fore variis et diversis censualibus et aliis debitis quod plurimum obligata et gravata, et considerans fore utilius dicte hereditatis vendere aliquam proprietatem et ex illis precio exhonerare, luere et quitare ipsam debita, adeo ut residuum dicte hereditatis^b liquidum remaneat, idcirco, gratis et certa sciencia, per me et omnes heredes vendo et ex causa vendicionis concedo vobis, Anthonio Mathei, minore dierum dicte ville Aqualate, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totam illam peciam terre campam que antiquitus solebant esse diverse pecie, citam in termino dicte ville apud et satis prope^c *los Fomers de Soldevila*, prout terminatur ab una parte cum vico generali quo tenditur versus civitatem Barchinone; ab alia parte cum patio dictorum *fomers*; ab alia parte cum honore vestris, dicti emptoris, quoddam camino mediante; et ab alia parte cum tenedone Iohannis Manresa, paratoris dicte ville^d, que solebat esse heredium Nicholai Lop, quondam, dicte ville; et ab alia parte cum quodam terre trocio Valentini Arago, vocato *lo Clos*. Et tenetur per dominos maiores dicte ville et alios dominos medios^e et ad certos censos, ut in instrumentis antiquis lacius est videre. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*. Tradens *et cetera*. Possidens *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Precium est quinquaginta librarum Barchinone. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate, dono et remito *et cetera*. Promitens facere, habere et tenere *et cetera*. Et tenebor [*f. 101r*] vobis de eviccione largo modo *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.


Ad hec nos, Iohanna^f, uxor Luce Corder, textoris dicte ville, et Anthonia, que primo fui uxor Anthonius Iohannis Caldero, nunc vero Petri Empuries, naturalis ville Guissone, habitator civitatis Barchinone, filieque dictorum Petri Paloma et^s Anthonie, eius uxoris, agentes in hiis cum consensu dictorum virorum nostrorum laudantes, approbantes, ratificantes et confirmantes vendicionem per dictam dominam matrem nostram vobis, dicto Anthonio Mathei, factam, gratis *et cetera*, promitimus non contravenire^h ratione partis hereditatis legitime paterne et maternelle, nec aliquo alio iure *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, venerabiles Petrus Franquesa, mercator, et Petrus Ledo, textor dicte ville Aqualate. Sunt eciam testes firme dicte domine Iohannes, uxor Luce Corder, et consensus dicti Luce Corder, que predicta firmavit .III. die dictorum mensis et anni Iohannes Sent Miquel, castri Otine, et Iohannes Bergada, castri Iorbaⁱ.

Vero, dicta domina Iohanna, uxor dicti Luce Corder dictum, prestitit consensum sub tali pacto et condicione quod predictum precium convertavit et converti habeat in luycione censualium dicte hereditatis, alia protestata fuit quod nolebat dictam firmam et consensum prestasse et pro veo factis habeantur.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliques per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, fu.* c. *et satis prope interlineat.* d. *segueix, cancel-lat, que s.* e. *segueix, cancel-lat, ut in.* f. *al damunt del nom, dues ratlletes obliques per indicar la ferma.* g. *segueix, cancel-lat, Iohannes.* h. *contravenire interlineat damunt contrariae cancel-lat.* i. *segueix, cancel-lat, Sunt eciam testes; continua la següent nota, Postea, vero die veneris, .II. madii, anno predicto, dicta [dicta interlineat] domina Anthonia [dues ratlletes obliques damunt Anthonia per indicar la ferma], uxor Petri Paloma, procuratrix ad hec et alia legitime constituta et ordinata a dicta domina Anthonia, uxor dicti Anthonii Iohannis Caldero, prout de eius procuracione plene constant instrumento inde facto et acto Barchinone .XIII. die aprilis proxime preteriti clausoque per discretum Michaellem Franquesa, auctoritate regia notarium publicum Barchinone, laudavit, approbavit [*segueix, cancel-lat, dictam*], ratificavit *et cetera*, dictam vendicionem, promitens eodem nomine non contravenire ratione partis hereditatis legitime *et cetera*, et non facere questionem *et cetera*. Renuncians *et cetera*. Et iuravit in [*segueix cancel-lat, eius*] animam dictam sue principales *et cetera*; presentibus testibus Petro Franquesa, mercator ville Aqualate, et Marcho Ferran, barberio, filio Berengarii Ferran, quondam, dicte ville.*



384

[1477, abril, 1. Igualada]

Antoni Mateu, adquiridor del l'esmentat tros de terra, assumeix el pagament de les pensions del censal mort que li plagui, d'alguns dels que graven l'heretat de la venedora fins a la quantitat de 45 lliures, i, si escau, lluir-les en el termini d'un any.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 101r.

Ego^a, Anthonius^b Mathei, emptor dicti terre trocii, gratis insolutum prorata^c precii dicti terre trocii, assumo onus solvendi annis singulis suis terminis^d pensionis censualium mortuorum ad que hereditas et bona dicti Petri Paloma et vestri, dicte domine Anthonie^e, eius uxoris^f, sunt obligata, usque ad quantitatem quadraginta quinque librarum ex censualibus, videlicet, dicte hereditatis que ego eligero et michi placuerit, et illa suo loco et suo casu luendi, que infra unum annum a die presenti in antea proxime^g, per^h me luy seu quitari habeant aut valeant et possint cum creditoribus censualistis concordare, et interim et semper vos et bona vestra et dicte hereditatis indemnis servare promito *et cetera*ⁱ, iuxta vices contractus ipsorum censualium *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Cum salariis procuratoris in ipsis contractibus appositis *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo specialiter et expresse dictum terre trocium, quod pro vobis et nomine vestro precariis *et cetera*. Dans^j licenciam *et cetera*. Et generaliter *et cetera*, omnia bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, venerabiles Petrus Franquesa, mercator, et Marchus Ferran, quondam, barberii, dicte ville.

a. *el document presenta un encapçalament cancel-lat*: Die veneris, .II. madii, anno predicto. b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. c. *segueix, cancel-lat*, dicti. d. *suis terminis, interlineat*. e. *vestri... Anthonie, interlineat*. f. *segueix, cancel-lat*, usque ad quanti. g. *proxime, interlineat*. h. *segueix, cancel-lat*, vos. i. *segueix, cancel-lat i interlineat*, iuxta vices contractus ipsorum censualium; *segueix, cancel-lat*, sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones. j. *segueix, cancel-lat*, vobis.



385

1477, març, 24. Igualada

Gonçal de Fries, de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor de Jaume Ferriol, col·lector de la bolla a la vila d'Igualada, per la quantitat de 10 lliures i 8 sous, que faltava per pagar de les 87 lliures que d'aquest impost els diputats del Principat de Catalunya li havien consignat; 9 lliures d'aquesta quantitat lliurada les hi ha entregat directament Pere Mateu, de Vilanova del Camí.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 101v.

[f. 101v] [...] ^a hic.

Sit omnibus notum quod ego, Gondissalvus^b de Fries, ville Aqualate, habens consignacionem a domini depputatis Principatus Cathalonie de subscripta peccunie quantitate^c mediante eorum cautelis sive litteris, confiteor et recognosco vobis, Iacobo Ferriol, collectori iuris bulle in ville Aqualate, quod de peccuniis ad manus vestras proventas ex et de iure ipsius bulle solvistis et tradidistis michi, voluntati mee^d decem libras^e et octo solidos Barchinone restantes ad solvendum in illis octuaginta septem libris que per dictos dominos deputatos, cum dictis eorum litteris sive cautelis^f, michi fuerunt consignatas in quaquidem quantitibus^g ille novem libre dicte monete^h quas Petrus Mathei, loci Villenove de Camino, pro vobis michi dedit. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli maliⁱ in testimonium premissorum de predictis decem libris et octos solidos, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, vicesima quarta die mensis marcii anno a Nativitate Domini .M.CCCC. septuagesimo septimo. S+num Gondissalvi de Fries, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Bernardus Sastra, parator pannorum lane, Anthonius Poncii et Iacobus Mallendric, dicte ville Aqualate^j.

a. *espai corresponent a un mot.* b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* c. *segueix, cancel·lat, cum eorum.* d. *voluntati mee interlineat damunt inter diversas vices sive solucionis, cancel·lat.* e. *segueix, cancel·lat, Barchinone.* f. *segueixen, cancel·lades, dues lletres.* g. *segueix, cancel·lat, comprehenditur.* h. *dicte monete, interlineat.* i. *mali, interlineat.* j. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

386

1477, abril, 18. Igualada

Bernat Vendrell, mercader de la vila d'Igualada, fill del difunt Bernat Vendrell, de la mateixa vila, com que posseeix drets en diversos censals per insolutumdació del seu germà Mateu, l'hereu universal, reconeix a l'esposa de Miquel Gavarró, de la mateixa vila, filla i hereva del difunt Pere Fulló, teixidor d'Igualada, i hereu dels béns de Jaume Fulló, fidejussor juntament amb en Joan Canaletes i Francina, difunta, la qual fou hereva de Guillem Muset, del mas de Fexes, haver rebut 10 lliures que són part d'altres 15 lliures, preu d'un censal mort de 21 sous de pensió que Pere Muset, baster, i la seva esposa Antònia, de la vila d'Igualada, vengueren a Joan Lledó, prevere, en la qual venda intervingueren com a fidejussors Guillem Muset, sènior, Jaume Fulló, paraire de draps de llana, i la seva esposa Romieta, Guillem Muset, del mas de Feixes, i Ferrer Muset, del mas de la Pedriça al terme del castell d'Òdena.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 101v-102r.

Die veneris, .XVIII. aprilis, anno predicto.

Ego, Bernardus Venrell, mercator ville Aqualate, filius venerabilis Bernardi Venrell, quondam, dicte ville, ius, locum et cessionem de subscripto censuali et de^a aliquid aliis censualibus hereditatis dicti quondam patris mei a Matheo Venrell, fratre meo filioque et herede universali eiusdem Bernardi Vendrell, patris nostri, habens^b, ut constat de ipsa cessione sive insolutum dacione instrumento inde recepto in scribania publica dicte ville^c, seu in posse notarii subscripto sextadecima mensis iulii proxime preteriti, confiteor et recognosco vobis, domine..., uxori Michaelis Gavarro, dicte ville, filie et heredi Petri Fullo, quondam, textoris dicte ville, heredis seu bonorum detentoris^d Iacobi Fullo, fideiussoris subscripti, et Iohanni Canaletes, sponso Violantis, filie^e Michaelis Vila, quondam, dicte ville, et domine Francine, quondam, eius uxor, quequidem domina Francina heres fuit Guillermi Muset, mansi *de Fexes*, termini [f. 102r] castri de Orpino, fideiussoris subscripti, quod solvistis, restituistis^f et tradidistis michi, dicto nomine recipienti, decem libras Barchinone, videlicet, quisque vestrum centum solidos dicte monete ex illis, videlicet^g, quindecim libris dicte monete que sunt precium illius censualis mortui pensionis annue viginti unius solidorum sepedicte monete,

quod Petrus Muset, basterius, et Anthonia, eius uxor, dicte ville Aqualate, vendicione fecerunt discreto Iohanni Ledo, presbitero beneficiato beneficii instituti in ecclesia parrochiali dicte ville per Petrum Truyllols, dicte ville, et Petro Genoves, cuyraterio eiusdem ville, patrono dicti beneficii eoremque successoribus in dicto beneficio et patronatu, prout de ipsa vendicione in qua intervenerunt fideiussores et nomine fideiussorio obligati^h Guillermus Muset, senior, dictus Iacobus Fullo, perator pannorum lane, et Romieta, eius uxor, dicte ville Aqualate, dictus Guillermus Muset, de manso *de Fexes*, et Ferrarius Muset, iunior, de manso *de la Pedriça*, termini castri de Otine, constat instrumento publico inde facto et acto vicesima secunda die marcii, anno a Nativitate Domini .M.CCCC. sexto clausoque per discretum Bernardum Canaletes, notarium publicum ville Aqualate pro venerabili Bernardo Mercerii, rectore et notario publico eiusdem. De quoquidem censuali et post cum alio instrumento dictus Petrus Genovesⁱ, patronus^j, et discretus Petrus Balaguer, presbiter, procurator discreti Iohannis Copons, presbiter beneficiati dicti beneficii, fecerunt et firmarunt apocham et cessionem Guillermo Muset, de vico ecclesie dicte ville, filio et heredi universali^k Guillermi Muset, quondam, de manso *Ventallols*, termini castri de Montebovino, quod quoscumque obligatos in dicto vensuali et illorum bona, prout de apocha et cessione plene constat altero publico^l instrumento inde facto et acto Aqualate, vicesima septima die aprilis, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.XXV^o. clausoque per discretum Iohannem Tarrego, notarium publicum dicte ville pro dicto venerabili Bernardi Mercerii, rectore et notario precontento. Et ideo, renunciando *et cetera*^m.

a. de *interlineat*. b. habens *interlineat*. c. publica dicte ville *interlineat al damunt de publica, cancel-lat*. d. *segueix, cancel-lat*, subscripto. e. *segueix, cancel-lat*, et heredis. f. restituistis *interlineat*. g. *segueix, cancel-lat*, quinque libris dicte monete. h. *segueix, cancel-lat*, dictum. i. Genoves *interlineat*. j. *segueix, cancel-lat*, dicti beneficii. k. *segueix, cancel-lat, i interlineat*, dicti. l. publico *escrit al marge esquerre*. m. *la resta del foli en blanc; el manuscrit conté interfoliada la cèdula del present document*.

387

1477, abril, 26. Igualada

Pere Vidal, del mas Sabata, al terme del castell d'Òdena, patró del benefici de Santa Maria, instituït a la vila d'Igualada,

Els predits Bernat Vall i Francesc Vall i els seus amics i valedors donen paraula de pau en poder dels batlles o del sotsveguer i el seu exèrcit, pel que fa a qualssevilla novetats, tant de paraula com de fet, que aquests puguin fer contra ells.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 114r.

Item, dictus Bernardus^a Vall et Franciscus^b Vall, per se, et amicos et valitores suos, dederunt verbum pacis in manu et posse honorabilium baiulorum quibusvis personis exercitus honorabilis subvicarii, super quibusvis novitatibus tam verbo quam factis illarum seu sequitis, et dictis inter gentes dicti exercitus sive soni emissi per dictum subvicarium facti contra ipsos. Sub pena predictorum quinquaginta librarum et cetera. Obligarunt personas et bona et cetera. Et iurarunt et cetera.

Testes, predicti.

a. al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma. b. *idem*.

421

1477, juliol, 3. Igualada

Joan Busquets, prevere de la vila d'Igualada, ara veí de Barcelona, constitueix procurador seu Pere Tria, mercader d'Igualada i habitant de Barcelona, per poder rebre en nom seu tant els diners que deuen i que pertanyen als censals morts que rep per llurs beneficis, com per qualsevol altra raó.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 114r.

Die iovis, .III. iulii, anno predicto.

Ego, Iohannes^a Busquets, presbiter ville Aqualate, pro nunc degentis in civitate Barchinone, ex certa sciencia circa revocationem quorumcumque procuratorum *et cetera*, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Petrum Tria, mercatorem dicte ville Aqualate, habitatoremque Barchinone, presentem *et cetera*, procuratorem meum certum et specialem, videlicet, ad petendum, exigendum, recipiendum et habendum pro me et nomine meo omnes et singulas peccunie quantitates michi debitas et pertinentes tam ratione pensionum censualium mortuum quorumcumque beneficiorum meorum quam aliis eciam quibusvis rationibus *et cetera*. Et inde apocham vel apochas *et cetera*, exequciones, compulsiones *et cetera*. Et ad lites largo modo cum potestate substituendi unum vel plures procuratores. Et generaliter promitens habere ratum *et cetera*, et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum omnium obligacione *et cetera*.

Testes, Gispertus Millars, mercator, et Filipus Valles, barberius, Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliques per indicar la ferma.*

422

1477, juliol, 11. Igualada

Miquel Mas, teixidor de la vila d'Igualada, curador dels béns del difunt Martí Pedriça, cirurgià de la predita vila, atès que aquesta heretat és gravada per diversos creditors, posa a subhasta un tros de terra que antigament era una vinya, i que comprà Pere Millars, mercader de la mateixa vila, pel preu de 14 lliures; aquest tros de terra és tingut pels senyors de la vila amb un cens de 12 diners, per Antoni Vallès i els seus hereus amb un cens d'un got d'aigua juntament amb el terç, domini i fadiga, com també per Gonçal de Fries, com a hereu de Bernat Queralt, amb un cens de 2 diners juntament amb el terç, domini i fadiga, i la capella del Sant Crist de l'església d'Igualada rep sobre aquest tros de terra un cens de 2 sous; Nicolau Puiggròs, batlle reial de la vila, i Joan Manresa, batlle pel monestir de Sant Cugat, donen fe de la legitimitat de la venda.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 114v.

[f. 114v] Die veneris, .XI. iulii, anno predicto.

In Dei nomine. Ego, Michael^a Mas, textor ville Aqualate, curator bonorum hereditatis venerabilis Petri Pedriça, quondam, chirurgici dicte ville, per curiam honorabilium baiulorum dicte ville, datus, constitutus et assignatus^b, attendens hereditatem dicti Petri Pedriça fore pluribus et diversis creditoribus honeratam *et cetera*, ideo, pro solvendis ipsis creditoribus precia legitima subastacione^c, agens in hiis cum auctoritate et decreto honorabilium baiulorum dicte ville, gratis *et cetera*, vendo et ex causa vendicionis concedo vobis, Petro Millars, mercatori dicte ville, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totam illam pecie terre nunc campam que olim solebat esse vinea plantata citam in termino dicte ville Aqualate, loco vocato *les Tries*, et satis prope resclosam molendinorum de la abbadia, prout terminatur ab una parte cum rego anticho qui ibi est; ab aliam partem cum quadam peciola Michaelis Mas; ab alia parte cum honore vestri, dicti Petri Millars, quadam margine grosso mediante^d; ab alia parte cum camino quo itur de dicta villa versus molendinum de *Cornet*. Et tenetur per dominos dicte ville ad censum .XII. denarios in compensacione decime et tasche quam antiquitus de fructibus dicte pecie terre dare et solvere tenetur; tenetur, inquam, in parte per Anthonium Valles aut illius heredem ad censum unius cifi aque cum tercio, dominio et faticha, et in parte per Petrum Ferrer, loci *de la Lecuna*, titulo stabilimenti per ipsum facti ad census unius denarii cum tercio, dominio et faticha; tenetur, eciam, totum dictum terre trocium per Gondissalvum de Fries, succedentem in censuatis et fatichis venerabilis Bernardi Queralt, quondam, dicte ville, ad censum duorum denariorum cum tercio, dominio et fatichas. Et recipit super dicta pecia terre capella Corporis Christi in ecclesia dicte ville Aqualate instituta, duos solidos de censu quolibet certo termino absque aliqua dominacione^e. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extraho *et cetera*. Promitens tradere possessionem vel vos *et cetera*. Ego, enim, interim *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Salvis cum semper *et cetera*. Precium vero predictorum que vobis vendo est quatordecim librarum Barchinone *et cetera*. Et ideo, renunciando *et cetera*, dono et remito *et cetera*. Promitens teneri de eviccione *et cetera*. Et pro ipsa eviccione obligo bona dicte^f cure *et cetera*, bona autem mea propria obligare pro hiis intendo. Ad hec ego, Iacobus Merquet^g, curritor publicus *et cetera*, confiteor dictum terre

trocium encantasse palam et publice per dictam villam Aqualate per .XXX. dies et ultra, et cum multi accessissent ad emendum predicta nullus aparuit emptor qui tantum precium daret quantum vos dare^h qui dare [*sic*] obtulistis dictas .XVIII. libras. Et ideo, vobiscum, tanquam plus danti vendicionem in hii supradicto precio precio precontento.

Testes, Anthonii Mathei, Nicholaus Giner, textor, ac Iohannes Tria, balistarius, minor dierum, et Benedictus Rosseta, scriptor, dicte ville Aqualate.

Honorabiles Nicholausⁱ Puiggros, baiulus dicte ville, pro domino rege, et Iohannes Manresa, baiulus eiusdem ville pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis, eorum interposuerunt auctoritatem pariter et decretum dicta vendicio tanquam rate et legitime fuit die et anno prefatis^j; presentibus testibus Anthonio Mathei ac dictus Iohanne Tria et Benedicto Rosseta^k.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, pro se.* c. *segueix, cancel-lat, un mot.* d. *segueix, cancel-lat, de la abbadia part.* e. *segueix un espai en blanc corresponent a tres línies.* f. *segueix, cancel-lat, un mot.* g. *idem.* h. *segueix, cancel-lat, obtulistis.* i. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* j. *die et anno prefatis, interlineat.* k. *continua la següent nota al peu del document, Et die sabati, .IIII. aprilis anno .M.CCCC.LXXVIII^o, dictus Michael [al damunt de Michael, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma] Mas, curator predictus, confiteor et recognosco dicto Petro Milars, emptori dicti terre trocii, quod ex dictis quatuor decem libris que sunt precium dicti terre trocii, solvit sibi dicto nomine viginti solidos dicte monete et cetera. Et ideo, renunciando et cetera, presentem fecit apocham de soluto de eisdem .XX. libras. Testes Rafael Catarro, sutor, et [segueix, cancel-lat, Mich], Iohannes Tenat, faber, ville Aqualate.*

1477, juliol, 15. Igualada

Miquel Vendrell, sabater de la vila de Martorell, fill i hereu universal de Francesca, vídua d'Antoni Vendrell, de la mateixa vila, constitueix procurador seu Jaume Marquet, abans de la predita vila i ara de la vila d'Igualada, per a rebre en nom seu els 34 sous pels quals Jaume Moragues, del mas de Carriones, al terme del castell d'Òdena, era obligat i que havia de pagar a Andreu Martí, difunt rector de l'església d'Òdena, el qual els llegà, en el seu testament, a Francesca.

[f. 115r] Die martis, .XV. iulii, anno predicto.

Ego^a, Michael^b Venrell, sutor ville Martorelli, filius^c et heres universalis domine Francisce, uxore Anthonii Venrell, quondam, eiusdem ville, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Iacobum Merquet, olim dicte ville Martorelli, nunc habitatorem ville Aqualate, presentem, procuratorem meum certum et specialem *et cetera*, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum pro me et nomine meo triginta quatuor solidos Barchinone quos Iacobus Moragues, mansi de Carriones, termini castri Otine, michi, ut heredi predicto, debet pro cesa maioris quantitatis quam dictus Iacobus Moragues assecuravit et solvere promisit venerabili et discreto Andree Marti, quondam, rectori ecclesie castri Otine, mediante obligacione *et cetera*, causis et rationibus in illo contentis, quodquidem debitum dictus discretus Andreas Marti, in suo ultimo testamento legavit dicte domine Francisce, matri mee. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. De vestro salario protestando *et cetera*. Et ad lites *et cetera*. Promitens habere ratum et non revocare sub bonorum meorum omnium obligacionem.

Testes, Iohannes Fonteriola, ville Martorelli, et Nicholaus Puiggros^d, parator ville Aqualate.

a. *al marge esquerre*, d *per* debet. b. *al damunt del nom*, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma. c. *segueix*, cancel·lat, domine f. d. Puiggros, interlineat al damunt de Puiggros, cancel·lat.

424

1477, juliol, 17. Igualada

Joan Manresa, paraire de draps de llana de la vila d'Igualada, d'una part, i de l'altra Esteve Agramunt, de Calaf, hereu d'Eulàlia, vídua d'Antoni Manresa, sabater d'Igualada, i filla de Pere Luques, de Calaf, elegeixen àrbitres per a totes les qüestions, sobre el compromís que signaren entre ells el dos de maig proppassat a la present escrivania.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 115r.

Die iovis, .XVII. iulii, anno predicto.

Ego^a, Iohannes^b Manresa, parator pannorum lane ville Aqualate, ex una parte, et ego, Stefanus^c Agramunt, ville seu loci

de Calafio, heres successive domine Eulalie, qui primo fuit uxor Anthonii Manresa, quondam, sartoris dicte ville, filie Petri Luques, quondam, eiusdem loci de Calafio, parte ex altera, gratis *et cetera*, nos, dicte partes, compromittimus in vos venerabiles Gispertum Millars et Petrum Franquesa, mercatores dicte ville Aqualate, tanquam in arbitros arbitratores, laudatores et amicabiles compositores et in vos, venerabilem Nicholaum Puiggros, paratorem dicte ville, in tertium in casu discordie dictorum arbitrium comuniter et concorditer electos sub pena .XXV. librarum, super omnibus et singulis accionibus *et cetera*, fiat in omnibus et per omnia ut in compromiso inter dictas partes firmato in presenti scribania, sub kalendario de .XII. die madii proxime preteriti^d. Et tempus infra quod presens compromissus determinari seu decla[ra]ri^e valeat^f per dictos venerabiles arbitros in tertium in casu discordie hunch per totum mensem septembris proxime venturum.

Testes, Petrus Claramunt, sutor, Anthonius Poncii, mercator, et Marchus Catarro, sutor, ac Benedictus Rosseta, scriptor, Aqualate^g.

a. *al marge esquerre, d per debet.* b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* c. *ídem.* d. *segueix un espai en blanc corresponent a una línia.* e. *[ra] manca al manuscrit.* f. *segueix, cancel·lat, hunch.* g. *continua la següent anotació al peu del document, Dia .XVII. iulii Iohannes Manresa et Stefanus Agramunt, arbitres, Gispertum Millars, Petrus Franquesa et tercius arbiter Nicholaus Puiggros.*

425

1477, juliol, 18. Igualada

Bernat Vendrell (júnior), mercader de la vila d'Igualada, per la insolutumdació i cessió del censal sotascriu que li atorga el seu germà, Mateu Vendrell, hereu universal de llur pare Bernat Vendrell (sènior), en data de 7 de juliol de 1476, i com a procurador d'aquell, reconeix a Francesc Sala (júnior), apotecari, fill de Francesc Sala (sènior), del mateix ofici, que ha rebut 100 sous en concepte de la lluïció d'un censal mort amb una pensió de 6 sous —reduïda després a 5 sous— que prestaven els esposos Pere Sala i Agnès, de la plaça del Tany, a la vila d'Igualada, que havia estat venut a Guillem Roig, teixidor,

difunt, de la mateixa vila, el 20 de gener de 1427, després, l'1 de febrer de 1427 aquest en féu donació a la confraria dels Sants Àngels, instituïda a l'església de la vila, i posteriorment, el 22 de juliol de 1448, fou venut pels priors de la confraria a Bernat Vendrell; reconeix, també, haver rebut tot el que mancava fins al dia present per pagar en concepte de pensions com de prorrata del censal, i per això estén època del pagament.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 115v-116r.

[f. 115v] Die veneris, .XVIII. iulii, anno predicto.

Sit^a omnibus notum quod ego, Bernardus^b Venrell, mercator ville Aqualate, habens ius, locum et insolutum dacionem et cessionem de censuali subscripto, et de precio et proprietate^c ac pensionibus eiusdem^d a Matheo Venrell, fratre meo heredique universali venerabilis Bernardi Venrell, quondam, dicte ville, patris nostri, prout de ipsa insolutum dacione, in qua fit mensio de kalendariis eiusdem venerabilis Bernardi Venrell^e, et cessione plene constat instrumento inde recepto per notarium subscriptum, et in scribania publica dicte ville Aqualate continuato sub kalendario de septa decima die mensis iulii, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXX. sexti, procuratorque eciam ad hec et alia ab eodem Matheo Venrell, fratre meo, legitime constitutus et ordinatus, prout de ipsa procuracione plene constat instrumento inde recepto in posse notarii subscripto, et in eadem scribania continuato sub kalendario de quartadecima die mensis iulii, anni^f Nativitate Domini millesimi .CCCC. septuagesimi quinti, confiteor et recognosco vobis, Francisco Sala, apothecario, minore dierum dicte ville, a venerabile Francisco Sala, apothecario, patre vestro, legitime emancipato, quod de peccuniis vestras proprie et ex vestra industria adquisistis, solvistis, restituistis et tradidistis michi, dictis nominibus, numerando centum solidos monete Barchinone de terno pro luycione illius censualis mortui quod Petrus Sala et Agnes, eius uxor, de platea *del Tany* dicte ville Aqualate, vendiderunt Guillermo Roig, textori, quondam, dicte ville Aqualate, et suis et quibus ipsis vellet, precii ipsorum centum solidorum^g solvendorum anno quolibet in festo Beate Marie mensis marcii, ut de dicta vendicione constat instrumento publico facto et acto in dicte ville Aqualate, in scribania publica dicte ville vicesima die mensis ianuarii, anno a Nativitate Domini .M^o.CCCC^o. vicesimo septimo. Et est vero quod de dicto censuale solebat esse pensionis annue sex solidorum, et pro reduccione

per eundem Guillermmum Roig inde factam cum alio instrumento^h acto seu recepto in dicta scribania die et anno predictis et pensionis quinque solidorum dicte monete; quequidem censualeⁱ confrarie Sanctorum Angelorum in ecclesia dicte ville Aqualate dotate^j pertinebat, titulo donacionis pure et irrevocabilis inter vivos^k eidem confrarie per eundem Guillermmum Roig^l de eodem censuali, tam in precio quam pensionibus^m de certo debendis, facte cum alio instrumento acto seu recepto in dicta scribania, prima die mensis febroariiⁿ dicti anni .M.CCCC.XX. septimi; ad dictum, autem, venerabilem Bernardum Venrell, patrem meum, predictum censuale^o pertinebat titulo vendicionis sibi facte de eodem per venerabiles Petrum Millars, Iohannem Ponç, mercatores, Franciscum Sala, apothecarium, et Guillermmum Bargallo, sutorem, tunch priores dicte confrarie, cum alio instrumento et sepe dicta scribania facto et acto vicesima secunda die mensis iulii, anno a Nativitate Domini .M^o. quadringentesimo quadragesimo octavo; quequidem tria instrumenta pro dicto censuali facientia vobis sincera et incorrupta in presencia notarii et testium subscriptorum^p reddo, restituo et trado. Solvistis eciam et tradidistis michi, dictis nominibus recipienti, totum id quod debebat de pensionibus et prorata dicti censualis usque in hunch presentem diem. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in accioni in factum, et omni alii iuri [f. 116r] hii obvianti, salva cum cessione subscripta, facio vobis, dicto Francisco Sala, minori dierum, de predictis quinque libris michi, dicto nomine quod, ut premititur, restituistis et solvistis et de pensionibus et prorata eiusdem censualis usque in diem presentem, ut prefertur, debitis^q finem, perpetuam ac presentem apocham de soluto. Et quia ante solucionem et in actu solucionis predictarum quantitatem, fuit actum et conventum ac in pactum deductum inter me^r et vos quod infrascriptam vobis et vestris facerem cessionem, idcirco, sine eviccione et obligacione mei et bonorum meorum do, cedo et mando vobis, dicto Francisco Sala, iuniori, et vestris et quibus volueritis quantum, videlicet, ad tuendum et defendendum hereditatem vestram per dictum venerabilem patrem vestrum vobis datam et concessam adversus quoscumque creditores dictorum Petri Sala et Agnetis, eius uxoris, et eciam eiusdem venerabili Francisci Sala, patris vestri, contra vos vel vestros accionem, questionem, petitionem vel demandam facientes aut facere proponentes seu moventes in

iudicio et extra iudicium, adversus eiam alias quascumque personas, eiam quantum ad agendum, petendum, exigendum, recipiendum, recuperandum et habendum dictos^s centum solidos michi exsolutos in casu eviccionis dicte hereditatis, si ipsam eviccionem sequi contingat aliquo modo, et usque ad plenam et integram satisfacionem predictorum vobis fiendam; et missionum expensarum dampnorum et interesse per vos vel vestros inde fiendarum omnia iura omnesque acciones reales et personales, mixtas, utiles et^t directas, ordinarias et extra ordinarias et alias quascumque michi, dictis nominibus dictoque principali meo pertinencia et pertinentes, et pertinere debentia et debentes contra dictos Petrum Sala et Agnetem, eius uxorem, venditores dicti censualis et alios quovis modo obligatos et eorum bona racione dicti censualis. Itaque^u vos, dictus Franciscus Sala, minor, et vestris^v habeatis et habeant illam prioritatem temporis et iuris pocioritatem vigore presentis iurium cessionis super dicta vestra hereditate, et aliis bonis ipsorum obligatorum que et prout michi et dicto principali meo pertinebant ante presentem cessionem, et iurium et accionem cessionem; quibus iuribus et accionibus supradictis possitis vos et vestris et quos volueritis uti, agere et experiri, et dictam hereditatem et bona defendere et tueri, et omnia alia facere in iudicio et extra iudicium quecumque et quemadmodum ego et dictus principalis meus facere poteram et poterat ante presentem cessionem et possem nunc ea non facta et eiam postea quocumque. Ego, enim, in dictis casibus et iuxta formam predictam facio et constituo vos, dictum Franciscum Sala et vestros in hiis dominos et procuratores in rem vestram propriam ad faciendum inde vestras omnimodas voluntates; insuper convenio et promito vobis quod presentem cessionem et alia predicta omnia et singula semper ratam, gratam et firmam ac rata, grata et firma habebō, tenebo et servabo habuitque, tenebit et servabit dictus principales meus et suis et in aliquo non contrafaciam vel veniam, contrafaciet vel veniet iure aliquo causa vel eiam racione. Hec, igitur, que dicta sunt supra facio, paciscor, convenio et promito ego, dictus Bernardus Venrell, dictis nominibus vobis, dicto Francisco Sala et vestris, necnon et notario infrascripto tanquam publice persone pro vobis et vestris et pro aliis eiam personis omnibus quarum interest et intererit recipienti, et paciscenti ac eiam legitime stipulanti. Actum est hoc Aqualate, decima octava die mensis iulii, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC^o. septuagesimo septimo.

S+num Bernardum Venrell, predicti, qui dictis nominibus hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Nicholaus Puiggros et Anthonius Rosseta, paratores pannorum lane, ac Anthonius Ferriol, agricultor, dicte ville^w.

a. *al marge esquerre*, testamenti. b. *al damunt del nom*, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma. c. *segueix, cancel·lat*, eiusdem. d. *segueix, cancel·lat*, a Bernardo Venrell. e. in qua fit ... Venrell, *interlineat*. f. *segueix, cancel·lat*, mille. g. *segueix, cancel·lat*, anno quolibet. h. *segueix, cancel·lat*, inde. i. *segueix, cancel·lat*, dicte. j. Sanctorum ... dotate, *interlineat*. k. *segueix, cancel·lat*, eidem de eodem. l. *segueix, cancel·lat*, fratre. m. *segueix, cancel·lat*, facte. n. *segueix, cancel·lat*, anno. o. patrem... censualem, *interlineat*. p. *segueix, cancel·lat*, vobis. q. *segueix, cancel·lat*, presentem. r. *segueix, cancel·lat*, et vos. s. *segueix, cancel·lat*, un mot. t. *segueix, cancel·lat*, dircas. u. *segueix, cancel·lat*, q. w. et vestris *interlineat*. x. *segueix, cancel·lat* [f. 116v] Ego, Bartholomeus Gonter, beneficiatus beneficii Sancti Iohannis in ecclesie parochiali Beate Marie ville Aqualate instituti, \in festo sancti Iohannis mensis iunii a die intantis [*sic*], a die presenti qua hec presens conficitur instrumentum ad quinque \[*segueix, cancel·lat*, extunc] extunc/ annos primo et continue venturos et immediate sequentes, arrendo vobis. [*la resta del foli és en blanc*].

426

1477, juliol, 21. Igualada

Garcia Morigon, lloctinent del noble Pere Dansa —capità reial de la vila d'Igualada—, estén àpoca a favor de Gonçal de Fries, receptor i col·lector de les imposicions de la predita vila, per la quantitat de 17 lliures i 3 sous, la qual prové de la concessió reial del preu d'una lliura de carn de moltó diària —els dies que és permès menjar carn—, a comptar des del 17 d'agost de 1474 fins al 15 d'agost de 1475.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 117r.

[f. 117r] Die lune, .XXI. iulii, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

Sit omnibus notum quod ego, Garcias^a Morigon, locumtenentis nobilis domini Petri Dança, capitanei ville Aqualate pro serenissimo domino rege, confiteor et recognosco vobis, venerabili Gondissalvo de Fries, dicte ville, collectori et receptori preciorum impositionum eiusdem ville pro domino rege, quod ex peccuniis ad manus vestra proventis de precii ipsarum^b impositionum que colliguntur in dicta villa^c, solvistis et et [*sic*] tradidistis michi,

voluntati mee, numerando decem septem libras et tres solidos Barchinone insolutum, videlicet, illius unius libre carnum de *moltó*, per dictum dominum regem michi, singulis diebus carnalibus^d consignare et dari et tradi concessi super ipsis precii impositionum que in eadem villa colliguntur, videlicet, per tempus unius anni qui currere cepit septadecima die mensis augusti, anni millesimi .CCCC. septuagesimi quarti, et finivit quintadecima die mensis augusti millesimi .CCCC.LXX. quinti. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute pecunie, et doli mali in testimonium premissorum de dictis septem libris et tribus solidis, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, .XXI. die mesis iulii, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXX. septimo. S+num Garcie Morigon, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt, Anthonius Simon, sutor, et Raymundus Pullina, blanquerius, dicte ville Aqualate^e.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *ipsarum, interlineat.* c. *segueix, cancel-lat, Aqualate.* d. *carnalibus, interlineat al damunt de dominicis, cancel-lat.* e. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

427

[1477, juliol, 21. Igualada]

Pere Pau Solanelles, notari públic de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor de Gonçal de Fries, receptor i col·lector de les impositions de la predita vila, per la quantitat de 40 sous, en concepte de les escriptures que féu en l'any que finí per Santa Maria d'Agost de 1475, tant pel que fa als capítols dels arrendaments de les impositions per a diverses persones, com per àpoques rebudes i per la redacció en forma pública.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 117r.

Sit omnibus notum quod ego, Petrus^a Paulus Solanelles, notarius publicus ville Aqualate, subscriptus, confiteor et recognosco vobis, venerabili Gondissalvo de Fries, receptori et collectori preciorum impositionum dicte ville pro serenissimo domino rege, quod ex peccuniis ad manus vestras proventus de precii ipsarum impositionum solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, numerando .XXXX. solidos Barchinone michi debitos et perti-

nentes pro salariis scripturarum per me et in posse meo factarum et firmatarum in anno qui finivit in festo Beate Marie mensis augusti, anni millesimi .CCCC. septuagesimi quinti^b, tam pro capitulis vendicionem ipsarum impositionum quam pro vendicionibus seu arrendamentis inde de eisdem impositionibus diversis personis factis et firmatis, quam pro apochis per me receptis et in formam publicam^c redactis. Et ideo, renunciando exceptioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis .XXXX. solidis, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc ut supra.

Testes, predicti^d.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, et.* c. *segueix, cancel·lat, receptis.* d. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

428

[1477, juliol, 21. Igualada]

Jaume Marquet, corredor públic de la vila, signa una àpoca similar, també de 40 sous, en concepte de salari per subhastar públicament les imposicions.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 117r.

Simili apocham fecit et firmavit Iacobus Merquet, curritor publicus dicte ville, de quadraginta solidis sibi debitis et pertinentibus pro suo salario subastandi in encanto publico^a et tradendi dictas impositiones. Et ideo, *et cetera*.

Testes, predicti^b.

a. *in encanto publico, interlineat.* b. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

429

1477, juliol, 21. Igualada

Garcia Morigon, lloctinent del noble Pere Dansa —capità reial de la vila d'Igualada—, estén àpoca a favor de Gonçal de Fries, receptor i col·lector de les imposicions de la predita vila, per la quantitat de 17 lliures i 3 sous, la qual prové de la concessió

reial del preu d'una lliura de carn de moltó diària —els dies que és permès de menjar carn—, sobre el preu de les imposicions, durant l'any que començà el 16 d'agost de 1475 fins al 15 d'agost de 1476.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 117v.

[f. 117v] Sit omnibus notum quod ego, Garcias^a Morigon, locumtenentis nobilis domini Petri Dança, capitanei ville Aqualate pro serenissimo domino rege, confiteor et recognosco vobis, venerabili Gondissalvo de Fries, dicte ville, collectori et receptori preciorum impositionum dicte ville pro domino rege, quod ex peccuniis ad manus vestras proventis de precii ipsarum^b impositionum que colliguntur in dicta villa Aqualate, solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, numerando decem septem libras et tres solidos Barchinone in solutum, videlicet, unius libre carniū *de moltó* per dictum dominum regem michi singulis diebus carnalibus consignate, et dari et tradi concesses super^c precii ipsarum^d impositionum^e, videlicet, per tempus unius anni qui currere cepit sextadecima die mensis augusti^f, anni .M.CCCC.LXX. quinti, et finivit .XV. die mensis augusti anni .M.CCCC.LXX. sexti. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis .XVII. libris et tribus solidis, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, vicesima prima die mensis iulii, anno a Nativitate Domini, .M.CCCC.LXXVII. S+num Garcie Morigon, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes, huius rei sunt Anthonius Simon, sutor, Raymundus Pullina, blanquarius, et Bartholomeus Riba, sutor, ville Aqualate^g.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *ipsarum, interlineat.* c. *segueix, cancel-lat, illis temporis.* d. *ipsarum, interlineat.* e. *segueix, cancel-lat, que in eadem ville colliguntur.* f. *segueix, cancel-lat, proxime pret.* g. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

430

[1477, juliol, 21. Igualada]

Pere Pau Solanelles, notari públic de la vila d'Igualada, estén àpoca de 40 sous i del mateix tipus de l'anterior per a l'any que fineix per la festa de Santa Maria d'Agost de 1476.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 117v.

Sit omnibus notum quod ego, Petrus^a Paulus Solanelles, notarius publicus ville Aqualate, subscriptus, fiat apocha largo modo de .XXXX. solidos, ut in apocha superius scripta per dictum Petrum Paulum firmata, pro anno, videlicet, qui finivit in festo beate Marie mensis augusti anni millesimi .CCCC.LXX. sexti, et cetera. Fiat in omnibus ut in proxime apochas per dictum Paulum Solanelles firmatas^b.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *des de ut in apocha fins a firmatas, el document és subratllat; tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

431

1477, juliol, 21. Igualada

Antoni Simon, sabater de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor de Gonçal de Fries, receptor i col·lector de les impositcions de la predita vila, per la quantitat de 20 sous en concepte de l'eixauc de l'arrendament d'algunes impositcions per la quantitat de 130 lliures, corresponent a l'any que comença per la festa de Santa Maria d'Agost de 1476.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 117v.

Sit omnibus notum quod ego, Anthonius^a Simon, sutor ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, venerabili Gondissalvo de Fries, dicte ville, collectori et receptori preciorum impositcionum dicte ville pro serenissimo domino rege, in anno qui currere cepit in festo Beate [Marie]^b ad mensis augusti, anno .M.CCCC.LXX. sexto, quod ex peccuniis ad manus vestras proventis de precii impositcionum que colliguntur in dicta villa Aqualate, solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, numerando viginti solidos Barchinone per vos michi dari promissors per *axauch*, eo ut dicerem dictis impositcionibus, ut dixi^c, centum triginta libras dicte monete. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis .XX. solidis, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, .XXI. die mensis iulii et cetera, ut supra.

Testes^d huius rei sunt Petrus Soler, chirurgicus, et Iacobus Merquet, nuncius curie baiulorum, dicte ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *manca al manuscrit.* c. *segueix, cancel·lat, con.* d. *l'enumeració dels testimonis comença amb la cancel·lació Testes, predicti.*

432

1477, juliol, 27. Igualada

Fra Pere Aguilera, prior del monestir de Sant Agustí, al terme de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor de Gonçal de Fries, col·lector i receptor de les imposicions de la predita vila, per la quantitat de 6 lliures, les quals són donació del rei per a l'obra d'aquest monestir i església.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 118r.

[f. 118r] Die lune, .XVII iulii, anno predicto.

Sit omnibus notum quod ego, frater Petrus Aguilera, prior monasterii Sancti Augustini, infra terminos ville Aqualate constructi, confiteor et recognosco vobis, venerabili Gondissalvo de Fries, collectori et^a receptori preciorum impositionum dicte ville Aqualate pro serenissimo domino rege, quod de mandato eiusdem domini regis et ex peccuniis ad manus vestras proventis de preciis ipsarum impositionum que colliguntur in dicta villa, solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, numerando^b illas sex libras Barchinone quas dictus serenissimus dominus rex, amore Dei et^c ob favorem operis ecclesie et monasterii eiusdem, dari et solvi voluit et mandavit. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis sex libris, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, .XVII. die mensis iulii, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXVII^o. S+num fratris Petri Aguilera, prioris predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt discretus Bartholomeus Puiggros, presbiter, et Benedictus Rosseta, clericus^d, ville Aqualate.

a. collectori et, *interlineat*. b. *segueix, cancel·lat*, sex. c. amore Dei et, *interlineat*. d. clericus, *interlineat al damunt de scriptoris, cancel·lat*.

433

1477, agost, 5. Igualada

Dalmau Mercader, candeler, i Pere Mas, sastre, juntament amb Baltasar Soler, teixidor, tots de la vila d'Igualada, estenen àpoca a favor de Gonçal de Fries, col·lector i receptor de les imposicions, per la quantitat de 3 lliures en concepte de

l'eixauc de l'arrendament d'algunes imposicions per la quantitat de 150 lliures, en l'any de 1476.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 118r.

Die martis, .V. augusti.

Sit omnibus notum quod nos, Dalmacius^a Mercader, candelarius candelarum cere, et Petrus^b Mas, sartor, ville Aqualate, emptores impositioinum que colliguntur in^c dicta villa Aqualate, una cum Baltasare Soler, textore ville eiusdem, in anno videlicet^d .M.CCCC.LXXVI^o., confitemur et recognoscimus vobis, venerabili Gondissalvo de Fries, collectori et receptori preciorum^e ipsarum impositioinum pro serenissimo domino rege, quod solvistis et tradidistis nobis, voluntate nostre, numerando tres libras Barchinone per vos nobis dari promissas per axauch a die, ut diceremus, dictis impositioinibus in encanto possitis^f, uti diximus, centum quinquaginta libras dicte monete. Et ideo, renunciantes excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis tribus libris, presentem vobis facimus apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, quinta die mensis augusti, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXXVII^o. S+na Dalmacii Mercader et Petro Mas predictorum, qui hec laudamus et firmamus.

Testes huius rei sunt Anthonius Simon, sutor, Petrus Muset, textor, et Vincencius Borraç, sartor, dicte ville Aqualate^g.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliques per indicar la ferma.*
 b. *idem.* c. *que colliguntur in, interlineat.* d. *videlicet, interlineat; segueix, cancel-lat, Nativitate Domini.* e. *segueix, cancel-lat, in.* f. *in encanto possitis, interlineat.* g. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

434

[1477, agost, 5. Igualada]

Els predits Dalmau Mercader i Pere Mas, juntament amb en Baltasar Soler, arrendadors de les imposicions que es reben a la vila d'Igualada, estenen àpoca a favor de Gonçal de Fries, arrendador i col·lector de les imposicions, per la quantitat de 2 florins d'or, que valen 33 sous, en concepte de l'eixauc de l'arrendament d'algunes imposicions pel preu de 140 lliures.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 118r.

Simile apocham fecerunt et firmarunt dicti Dalmacius^a Mercader et Petrus^b Mas, emptores impositionum que colliguntur in dicta villa, una cum Balthesare Soler, in subscripto anno .M.CCCC.LXXVII^o. dicto Gondissalvo de Fries, collectori et receptori predicto de duobus florenos auri valentibus triginta tres solidos Barchinone eis dare promissis per *axauch*, adeo, ut diceret, in dictis impositionibus centum quadraginta libras dicte monete *et cetera*. Et ideo renunciando *et cetera*, fiat in omnibus ut in proxime *et cetera*

Testes, proxime dicti^c.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
b. *idem.* c. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

435

[1477, agost, 5. Igualada]

Dalmau Mercader, candeler, i Pere Mas, sastre, juntament amb en Baltasar Soler, teixidor, tots de la vila d'Igualada i arrendadors de les impositcions de la vila en l'any present, estenen àpoca a favor de Gonçal de Fries, col·lector i receptor de les impositcions, per la quantitat de 7 lliures, en concepte de la carn de moltó que entregaren a la gent de mossèn Modarra durant el temps que sojornaren a la vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 118v.

[f. 118v] Sit omnibus notum quod nos, Dalmacius Mercader, candelarius candelarium cere^a, et Petrus Mas, sartor, ville Aqualate, emptores impositionum que colliguntur in dicta villa in anno, videlicet, .M.CCCC. septuagesimo septimo, una cum Balthesare Soler, textore dicte ville, confitemur et recognoscimus vobis, Gondissalvo de Fries, collectori et receptori preciorum ipsarum impositionum pro serenissimo domino rege, quod solvistis et tradidistis nobis septem libras Barchinone, pro solutione et smenda [*sic*] impositionis carniū quas gentes de societatis *mossèn Modarra* comenderunt in dicta villa Aqualate, tempore quo in eadem ville degerunt. Et ideo, renunciantes excepcioni non numerate et non solute *et cetera*, fiat ut in proxime.

Testes, predicti^b.

a. *candelarius candelarum cere, interlineat.* b. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

436

1477, agost, 5. Igualada

Gonçal de Fries, col·lector i receptor de les imposicions pel senyor rei a la vila d'Igualada, reconeix al monarca que dels diners que ha rebut de les imposicions de l'any que va del 6 d'agost de 1471 fins al 16 d'agost de 1472, n'ha retingut en concepte de salari per aquesta tasca 25 lliures, i n'estén àpoca.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 118v.

Sit omnibus notum quod ego, Gondissalvus^a de Fries, collector seu receptor preciorum impositicionum que colliguntur in villa Aqualate pro serenissimo domino rege, prout de ipsa colleccione et rectoria plene constat per quandam litteram dicti^b domini regis suo regio sigillo in eius dorso sigillatam, datus cuius fuit in villa de la Almunia de dona Gondina, .IIII. die aprilis, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXXI^o., confiteor et recognosco dicto serenissimo regi quod ex peccuniis ad manus meas proventis ex eidem^c precii ipsarum impositicionum, in anno, videlicet, qui currere cepit sexta^d decima die mensis augusti, anni .M.CCCC.LXX. primi^e, retinui penes me insolutum salarii michi pertinencis racione dicte colleccionis et rectorie dicti anni^f vigintiquinque libris, presentem^g vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, quinta die mensis augusti, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXX. septimo. S+num Gondissalvi de Fries, predicti, qui^h hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Marchus Catarro, sutor, et Iacobus Merquet, curritor, ville Aqualateⁱ.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, serenissimi.* c. *eidem, interlineat.* d. *sexta, interlineat al damunt de quinta, cancel·lat.* e. *segueix, cancel·lat, et finivit sextadecima die mensis augusti, anni .M.CCCC.LXX. secundi.* f. *dicti anni, interlineat.* g. *segueix, cancel·lat, vobis.* h. *segueix, cancel·lat, hec dicto nomine.* i. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

437

[1477, agost, 5. Igualada]

El predit Gonçal de Fries reconeix que dels diners que ha rebut de l'arrendament de les imposicions a la vila de l'any que

s'inicià el 15 d'agost de 1476, n'ha retingut 25 lliures i 12 sous en concepte del seu salari per aquesta tasca.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 118v.

Sit omnibus notum quod ego, Gondissalvus^a de Fries, collector *et cetera*, ut supra usque hic quod ex peccuniis ad manus meas proventis ex^b de preciis ipsarum impositionum in anni, videlicet, qui currere cepit quintadecima die mesis augusti anni .M.CCCC.LXX. sexti^c, retinui penes me insolutum salarii michi pertinencis ratione dicte colleccionis et rectorie dicti anni viginti libras et duodecim solidos Barchinone. Et ideo, renunciando *et cetera*, ut in proxime *et cetera*.

Testes, predicti^d.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, q.* c. *segueix, cancel·lat, et finit sextadecima die mensis augusti anni .M.CCCC.LXX. terci, retinui.* d. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

438

[1477, agost, 5. Igualada]

El predit Gonçal de Fries reconeix que dels diners que ha rebut de l'arrendament de les imposicions a la vila de l'any que s'inicià el 16 d'agost de 1473, n'ha retingut 16 lliures en concepte del seu salari per aquesta tasca.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 118v-119r.

Sit omnibus notum quod ego, Gondissalvus^a de Fries, collector et receptor preciorum impositionum que colliguntur in villa Aqualate pro serenissimo domino rege *et cetera*, ut supra usque hic^b, quod ex peccuniis ad manus meas proventis ex et de preciis ipsarum impositionum in anno videlicet qui currere cepit sextadecima^c die mensis augusti [*f. 119r*] anni .M.CCCC.LXX. tercii^d, retinui penes me insolutum salarii michi pertinencis ratione dicti colleccionis et rectorie dicti anni sexdecim libras Barchinone. Et ideo, renunciando *et cetera*, ut in proxime dictis apochis *et cetera*.

Testes, predicti^e.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *ut supra usque hic, subratllat.* c. *sixtadecima sobreescrit al damunt de quinta-decima.* d. *segueix, cancel·lat, et finit sextadecima mensis augusti anni .M.CCCC.LXX. quarti.* e. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

439

[1477, agost, 5. Igualada]

El predit Gonçal de Fries reconeix que dels diners que ha rebut de l'arrendament de les imposicions a la vila de l'any que s'inicià el 16 d'agost de 1474, n'ha retingut 16 lliures en concepte del seu salari per aquesta tasca.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 119r.

Sit omnibus notum quod ego, Gondissalvus^a de Fries, collector *et cetera* ut supra^b, quod ex peccuniis ad manus meas proventis ex et de preciis ipsarum impositionum in anno, videlicet, qui currere cepit sextadecima die mensis augusti, anni .M.CCCC.LXX. quarti^c, retineo penes me insolutum salario michi pertinentis racione dicte colleccionis et receptorie dicti anni proxime preteriti sexdecim libras Barchinone. Et ideo, renunciando *et cetera*, ut in proximis *et cetera*.

Testes, predicti^d.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *ut supra, interlineat i subratllat.* c. *segueix, cancel·lat, et finit sextadecima die mensis augusti .M.CCCC.LXX. quinti.* d. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

440

[1477, agost, 5. Igualada]

El predit Gonçal de Fries reconeix que dels diners que ha rebut de l'arrendament de les imposicions a la vila de l'any que s'inicià el 16 d'agost de 1475, n'ha retingut 16 lliures en concepte del seu salari per aquesta tasca.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 119r.

Sit omnibus notum quod ego, Gondissalvus^a de Fries, collector ut supra, quod ex peccuniis ad manus meas proventis ex et de preciis ipsarum impositionum in anno videlicet qui currere cepit sextadecima die mensis augusti anni .M.CCCC.LXX. quinti^b retinui penes me in solutum salarii michi pertinentis racione dicte colleccionis et receptorie dicti anni proxime preteriti sexdecim libras Barchinone. Et ideo, renunciando *et cetera*, ut supra in proximis.

Testes, predicti^c.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, et finit setadecima \die/ mensis augusti, anni .M.CCCC.LXX. sexti.* c. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

441

[1477, agost, 5. Igualada]

El predit Gonçal de Fries reconeix que dels diners que ha rebut de l'arrendament de les impositcions a la vila de l'any que va del 16 d'agost de 1476 fins al 15 d'agost del present any, n'ha retingut 14 lliures en concepte del seu salari per aquesta tasca.

API 307. Joan ALAMANY, *anuale scribanie publice*, f. 119r.

Sit omnibus notum quod ego, Gondissalvus^a de Fries, collector *et cetera*, ut in proxime *et cetera*, quod ex peccuniis ad manus^b meas proventis ex et de^c preciis ipsarum impositcionum in anno, videlicet, qui currere cepit sextadecima^d die^e mensis augusti anni .M.CCCC.LXX. sexti et finit quintadecima^f die presentis subscripti^g mensis augusti^h, retinui penes mes insolutum salari michi pertinencis racione dicte colleccionis et receptorie eiusdem anni presenti quatordecimaⁱ libras Barchinone. Et ideo, renunciando *et cetera*, ut in aliis predictis *et cetera*.

Testes, predicti^j.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, vestras.* c. *segueix, cancel·lat, peccuniis.* d. *sextadecima sobreescrit al damunt de quintadecima.* e. *segueix, cancel·lat i interlineat, presentis.* f. *quintadecima interlineat al damunt de sextadecima, cancel·lat.* g. *presentis subscripti, interlineat.* h. *segueix, cancel·lat, proxime venientis.* i. *segueix, cancel·lat, solos.* j. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

442

1477, setembre, 12. Igualada

Garcia Morigon, lloctinent del noble Pere Dansa —capità reial de la vila d'Igualada—, estén àpoca a favor de Gonçal de Fries, receptor i col·lector de les impositcions de la predita vila, per la quantitat de 17 lliures i 3 sous, la qual prové de la concessió reial del preu d'una lliura de carn de moltó diària —els dies que és permès de menjar-ne—, sobre el preu de les impositcions,

pel temps d'un any que començà el 16 d'agost de 1476 i finí el proppasat 15 d'agost.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 119r-119v.

Die veneris, .XII. septembris, anno predicto.

Sit omnibus notum quod ego, Garcias^a Morigon, locumtenentis nobilis domini Petri Dança, capitanei ville Aqualate pro serenissimo domino rege, confiteor et recognosco vobis, Gondissalvo de Fries, collectori et receptori preciorum impositionum dicte ville Aqualate pro serenissimo domino rege, quod solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, numerando decem septem libras et tres solidos Barchinone in solutum, videlicet, illius unius libre carniū *de moltó* per dictum dominum rege michi singulis diebus^b carnalibus consignate, et dati et tradi concesses sub ipsis precii impositionum que in eadem villa^c colliguntur, videlicet, per tempus unius anni qui currere cepit sextadecima die mensis augusti proxime devoluti millesimi .CCCC.LXX. sexti, et finit .XVI. die mensis augusti proxime devoluti. Et ideo renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium [*f. 119v*] premissorum de predictis decem septem libris et tribus solidis, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, duodecima mensis septembris, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXX. septimo. S+num Garcie Morigon, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Iohannes Tenat, faber, et Anthonius Ripoll, agricultor, ville Aqualate^d.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, dominicis.* c. *segueix, cancel·lat, fuerunt collecte.* d. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals; la resta del foli, en blanc.*

443

1477, juliol, 24. Igualada

Eulàlia, vídua de Berenguer Oller, àlies Fons, teixidor, Guillem Fons, teixidor, i Amador Fons, clergue, fills del predit matrimoni, tots de la vila d'Igualada, venen a Antoni Mateu, de la mateixa vila, la meitat d'una eixida que es troba a la vila, molt a prop del portal de Soldevila, pel pagament d'un cens anual de 15 sous; aquesta eixida és tinguda pels senyors de

la vila a cens, per Gonçal de Fries, com a successor de Bernat Queralt, amb un cens de 12 diners, i encara per un altre senyor a cens, terç, domini i fadiga; tots tres censos sumen 10 sous; els venedors signen l'època de 10 lliures, preu de la venda.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 120r.

[f. 120r] Die iovis, .XXIII. iulii, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

In Dei nomine^a. Nos, Eulalia^b, uxor Berengarii Oller, alias Fons, quondam, textoris, Guillermus^c Fons, textor, et Amator^d Fons^e, clericus, dictorum coniugum filii, ville Aqualate^f, gratis et ex certa sciencia, per nos et omnes heredes, vendimus et ex causa vendicionis concedimus vobis, Anthonio Mathei, ville Aqualate, presenti, et vestris et quibus volueritis, perpetuo^g, medietatem toti illius axite quam nos habemus et possidemus in termino dicte ville, satis prope portale de *Soldevila*, illam, videlicet, medietatem que est a parte dicte ville, prout terminatur tota dicta exita^h ab una parte cum valle veteri; ab alia parte camino quo tenditur de dicta ville versus molendinum de la abbadia; ab alia partemⁱ cum exita Nicholao Busquets, que fuit quondam Petri Sala, sutoris, et partem cum quadam axita Petri Sarta, fabri dicte ville; et ab alia parte cum camino regali. Et tenetur^j tota dicta *exida* per dominos dicte ville^k ad certum censum, et per venerabilem Gondissalvum de Fries, succedentem in certis factis et^l iuribus venerabilis Bernardi Queralt^m, ad censum .XII. denariorum; tenetur eciam per alium dominum ad certum censum cum tercio, dominio et fatica. Et est certum quod per omnes dominaciones tota dicta exita *fan* inter omnes census decem solidos, ut in instrumentis antiquitus est videre. Et fuit conventum et pactatum inter nos et vos, dictus emptor, pro parte dicteⁿ exite per vos empte, teneamini et habeatis facere et prestare annis singulis dictis dominis quorum intersit quinque solidos dicte monete. Et dictis quinque solidis veniant ad^o onus vestri, dicti Anthonii Mathei^p, a festo Nathalis Domini proxime venturo. *Ab inde et cetera. Hanc autem et cetera. Sicut melius et cetera. Extrahentes et cetera. Promitentes tradere possessionem et cetera. Vel vos et cetera. Nos enim interim et cetera. Cedentes iura et cetera. Quibus iuribus et cetera. Constituentes vos et cetera. Salvis cum et cetera. Precium est decem librarum Barchinone et cetera. Et ideo, renunciando et cetera, damus et remittimus et cetera. Promittimus tenere de eviccione largo modo et cetera. Et solvemus missiones et cetera. Super quibus et cetera. Obligamus bona e*

cuiuslibet nostrum insolidum *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et dictus Amator Fons, quia minor .XXV. annis, maior vero .XVI. annorum *et cetera*, renuncia beneficio minori etate.

Testes, discretus Bartholomeus Puiggros, presbiter, Anthonius Simon, sutor, et Nicholaus Giner, textor, ville Aqualate^q.

Item, dicti venditores^r firmarunt apocham dicto Anthonio Mathei, predicto, de dictis decem libris precii predicti.

Testes, predicti.

a. *segueix, cancel-lat, ego*. b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. c. *idem*. d. *idem*. e. *segueix, cancel-lada, una lletra*. f. *ville Aqualate, interlineat*. g. *segueix, cancel-lat, totum illum*. h. *segueix, cancel-lat, per*. i. *partem interlineat*. j. *segueix, cancel-lat, per dominos*. k. *segueix, cancel-lat, et per*. l. *in certis factis et, interlineat*. m. *segueix, cancel-lat, et*. n. *segueix, cancel-lat, pe es*. o. *segueix, cancel-lat, vestri*. p. *vestri ... Mathei, interlineat*. q. *tot l'instrument ratllat amb una ratlla ondulant*. r. *al damunt de venditores, tres parells de ratlletes obliqües per indicar la ferma*.

444

1477, juliol, 24. Igualada

El predit Antoni Mateu signà als venedors la carta de gràcia per la meitat de l'eixida, pel termini de nou anys i pel mateix preu de la venda, però si el tros de terra fos llaurat una segona vegada, els venedors no podran lluir-la en els propers dos anys.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 120r.

Item, cum alio instrumento, dictus Anthonius^a Mathei fecit et firmavit instrumentum gracie redimendi dictis venditoribus de dicta medietate dicte exite, que possit redimiri per illos infra^b novem^c annos proxime sequentes pro restitutionem^d dictarum decem librarum dicti precii^e, et modo quod si dictum terre trocium fuerit sollavatum aut binatum solvendo expensas racione agriculture michi facte, possitis recuperare, vos, vero, dicti venditores, non possitis facere dictam luycionem per tempus duorum annorum proxime venientium *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. *segueix, cancel-lat, novem*. c. *segueix, interlineat i cancel-lat, dictos; novem, interlineat*. d. *segueix, cancel-lat, predicti*. e. *segueix, cancel-lat, Et*.

445

1477, juliol, 24. Igualada

Antoni Mateu, major de dies de la vila d'Igualada, en virtut d'una cessió que li féu Sibil·la de Vilanova, habitant de la mateixa vila, estén àpoca a favor de Guillem Fons, teixidor d'Igualada, per valor de 15 lliures, part d'una major quantitat que aquest prometé de pagar a la predita Sibil·la de Vilanova, les quals foren entregades mitjançant la donació d'una carta de gràcia, d'un valor de 10 lliures, sobre la meitat d'una eixida que es troba prop del portal de Soldevila, al terme de la vila, i la quantitat restant es pagà al comptat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 120v.

[f. 120v] Sit omnibus notum quod ego, Anthonius^a Mathei, maior dierum dicte ville Aqualate, habens ius, locum et cessionem de supradicta peccunie quantitate^b a domina Sibilia Vilanova, habitatrice dicte ville Aqualate, prout de ipsa cessione plene constat instrumento inde recepto^c notario subscripto et in^d scribania publica dicte ville, continuato sub kalendario de tricesima die mesis aprilis proxime devoluti, confiteor et recognosco vobis, Guillermo Fons, textori dicte ville, quod per modum subscriptum solvistis et tradidistis michi, voluntati mee^e, quindecim libras Barchinone descendentes ex illa maiori peccunie quantitate quam vos dare et solvere promisistis dicte domine Sibilie Vilanova, pro restitutione dotis domine Iohanne, uxoris vestre, mediante instrumento inde per dictum notarium receptum et in dicta scribania continuato sub kalendario de undecima die mensis novembris anno a Nativitate Domini .M^o. CCCC. septuagesimo^f tercio. Predictas, vero, quindecim libras solvistis michi hoc modo: quem insolutum decem librarum eiusdem monete^g vos et domina Eulalia, uxor Berengarii Oller, alias *Fons* materque vestra, et Amator Fons, clericus, frater vester, vendicione fecistis michi et meis et quibus ego voluissem, instrumento cum gracie redimendi mediante, de medietate illius axite sive terre trocii quam seu vos habebatis et possidebatis^h in termino dicte ville, satis prope portale vocatumⁱ de *Soldevila*^j, cum instrumento die presenti paulo ante hoc^k in posse notarii subscripti recepto; restantes quinque libras solvistis et tradidistis michi numerando. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et per modum predictum non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum

de predictis quindecim libris, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, vicesima quarta die mensis iulii, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXX. septimo. S+num Anthonii Mathei, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Anthonius Simon, sutor^l et Nicholaus Giner, textor, et Petrus Canaletes, maior dierum, dicte ville Aqualate^m.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. de supradicta ... quantitate, *interlineat.* c. *segueix, cancel-lat,* in posse. d. *segueix, cancel-lat,* in. e. voluntati mee, *interlineat.* f. *segueix, cancel-lat,* q. g. librarum eiusdem monete, *interlineat.* h. sive terre ... possidebatis *interlineat al damunt de* quam vos habebatis, *cancel-lat.* i. vocatum, *interlineat.* j. *segueix, cancel-lat,* dicte ville. k. *segueix, cancel-lat, ist.* l. sutor, *interlineat.* m. *tot l'instrument, ratllat amb tres ratlles verticals.*

446

1477, juliol, 24. Igualada

Sibil·la de Vilanova, de la vila d'Igualada, reconeix a Guillem Fons haver rebut les 8 lliures que faltaven de les 23 lliures promeses en concepte de la restitució del dot de na Joana, esposa seva i neboda de na Sibil·la, segons es conté en l'instrument d'11 de novembre de 1473

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 120v-121r.

Sit omnibus notum quod ego, Sibilia^a Vilanova, habitatrix ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, Guillermo Fons, textori dicte ville, quod solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, numerando^b octo libras Barchinone restantes michi ad solvendum ex illis viginti tribus libris^c dicte monete^d, quas vos michi assicurastis et^e dare et solvere promisistis pro restitutione dotis domine Iohanne, uxoris vestre neptisque mee sive *neboda*, cum instrumento inde recepto in^f scribania publica dicte ville Aqualate^g, undecima die mensis novembris, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC. septuagesimo tercio. Et ideo renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis octo libris, presentem vobis facio apocham de soluto; necnon, per pactum inter me et vos inhitum et factum, gratis et ex certa sciencia convenio et promito vobis quod si in futurum, per aliquam vel

aliquas^h personas fieret aut moveret vobis vel vestrisⁱ questio, peticio vel demanda, lite vel controversia de [iure]^j vel de facto, in iudicio vel extra iudicium cuius pretextu vos^k solvere habetis et teneremini dictis octo libras^l [f. 121r] in dicto casu^m ego restituam et tornaboⁿ solvam et emendabo^o vobis et vestris aut cui sive quibus volueritis dictas octo libras^p sine aliqua, videlicet, dilacione, excusacione et excepcione, et absque omni dampno, missione et interesse vestri et vestrorum, necnon^q solvam vobis et vestris et eorum voluntate indilate omnes et singulas missiones^r et expensas, dampna et interesse qua et que [sic] premissorum occasione vobis^s vel vestris facere pactum^t aut solvere contingerit. Super quibusquidem missionibus et expensis^u dampnis et interesse predictis credatur et credi volo vobis et vestris, vestro et eorum plano et simplici verbo, nullo alio probacione genere inde^v requisito. Et pro hiis complendis et firmum attendentis et observantis obligo vobis et vestris omnia et singula bona mea, mobilia et immobilia ubique et habenda, insuper convenio et promito vobis, in^w manu et posse notarii subscripti, pro vobis et vestris legitime stipulantis et recipientis^x; necnon iuro in manu mea per Dominum Deum et eius sancta Quatuor Evangelia manibus mei corporaliter tacta, predicta omnia et singula attendere et complere, tenere et observare, et in nullo contrafacere vel venire iure aliqua causa vel eciam racione. Actum est hoc Aqualate^y, vicesima quarta die mensis iulii, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXX. septimo. S+num Sibilie Vilanova predictae, qui hec laudo, firmo et iuro.

Testes huius rei sunt proxime dicti^z.

a *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. numerando, *interlineat.* c. *segueix, cancel-lat i interlineat, Barch.* d. dicte monete, *interlineat.* e. *assecurastis et, interlineat.* f. *segueix, cancel-lat, in presenti.* g. *Aqualate, interlineat.* h. *vel aliquas, interlineat.* i. *aut ... vestris, interlineat; segueix, cancel-lat, vobis.* j. *manca al manuscrit.* k. *lite vel ... vos, interlineat; segueix, cancel-lat, et ipsas octo libras solvere de iure vel de facto.* l. *et teneremini ... libras, interlineat; segueix, cancel-lat, convenio [f. 121r] et promito vobis quod.* m. *in dicto casu, interlineat.* n. *segueix, cancel-lat, et.* o. *solvam et emendabo, interlineat.* p. *segueix, cancel-lat, sine incontinenti.* q. *excepcione ... necnon, interlineat; segueix, cancel-lat, debito [...].* r. *segueix, cancel-lat, que.* s. *segueix, cancel-lat, solvere.* t. *vel vestris ... pactum, interlineat.* u. *segueix, cancel-lat, supradictis.* v. *inde, interlineat.* w. *in, interlineat.* x. *Insuper convenio ... recipientis, interlineat.* y. *segueix, cancel-lat, ut supra.* z. *tot l'instrument, ratllat amb tres ratlles verticals.*

447

1477, agost, 8. Igualada

Joan Alegre, d'Arcavell, diòcesi d'Urgell, constitueix procurador seu Pere Soler, cirurgià de la vila d'Igualada, per rebre els diners que li deu Pere Canaletes, carnisser de la mateixa vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 121r.

Die veneris, .VIII. augusti, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

Ego, Iohannes^a Alegra, de Arcanell, diocesis Urgellensis, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Petrum Soler, chirurgicum ville Aqualate, presentem *et cetera*, procuratorem meum certum et specialem *et cetera*, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum pro me et nomine meo illam peccunie quantitatem quam, salvo iure compoti, Petrus Canaletes, carnifex ville Aqualate, michi debet racione solidate *et cetera*. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exeuciones *et cetera*. Et convenedum coram baiulis *et cetera*. Et omnia que in predictis fieri requirentur *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligacione *et cetera*.

Testes, Nicholaus^b Busquets, textor, et Iacobus Udet, parator, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, q.*

448

[1477, agost, 8. Igualada]

Pere Franquesa, mercader de la vila d'Igualada, col·lector i arrendador dels censos dels senyors de la vila pels anys 1461, 1462 i 1463, estén àpoca a favor de Gonçal de Fries, com a usufructuari de l'heretat de la seva esposa Constança, per la quantitat de 20 sous, per raó de diversos censos corresponents als anys predits sobre diverses propietats d'aquesta heretat dins el terme de la vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 121r-121v.

Sit omnibus notum quod ego, Petrus^a Franquesa, mercator ville Aqualate, collector et arrendator censum dominorum dicte ville, in annis millesimo .CCCC^o. sexagesimo primo, sexagesimo

secundo et sexagesimo tercio, confiteor et recognosco vobis, venerabili Gondissalvo de Fries, dicte ville, usufructuario, constante matrimonio [f. 121v] inter me [sic] et dominam Constanciam, uxorem vestram, hereditatis sue, quod solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, viginti solidos Barchinone michi debitos et pertinentes, ratione censium diversarum proprietatum dicte hereditatis infra terminos dicte ville constructarum, in dictis annis solvendis. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonio premissorum de predictis .XX. solidis^b, salva cessione subscripta, presentem vobis facio apocham de soluto. Fiat cum cessione ad tuendum iuxta formam capitulorum matrimonialium eorum matrimonium^c.

Testes huius rei sunt Petrus Aguilera, textor, et Iohannes Pasqual, parator pannorum lane, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, presentem apocham de.* c. *Fiat cum ... matrimonium, subratllat; segueix un espai en blanc corresponent a deu línies.*

449

[1477, agost, 8. Igualada]

Pere Canaletes, abans batlle de la vila d'Igualada pel monestir de Sant Cugat del Vallès i col·lector dels censos i quèsties pels senyors de la vila l'any 1473 i 1475, estén àpoca a favor de Gonçal de Fries, de la mateixa vila, espòs de Constança i usufructuari dels béns del matrimoni, per la quantitat de 26 sous en concepte de censos de tres propietats, així com per 10 sous en concepte de quèstia per un tros de terra que es troba al pla dels Dorrells, al terme del castell d'Òdena.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 121v.

Sit omnibus notum quod ego, Petrus^a Canaletes, olim baiulus dicte ville pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis collectorque censium dominorum dicte ville in anno .M.[CCCC.]LX^b. tercio et sexagesimo quinto questie terratenencium^c in castro Otine, confiteor et recognosco vobis, Gondissalvo de Fries, dicte ville, usufructuario constante matrimonio inter vos et dominam Constanciam^d, uxorem vestram, hereditatis sue, quod solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, ex una parte viginti sex solidos Barchinone ratione censuum debitorum pro certis tribus

proprietatibus in dictis annis sexagesimo tercio et sexagesimo quinto. Eciam, ex alia parte, decem solidos dicte monete pro questia cuiusdam terre trocii dicte hereditatis citi in^e termino dicti^f castri Otine, in plano *dels Dorrells*, in anno sexagesimo quarto. Et ideo renunciando *et cetera*. Salva cessione subscripta, presentem vobis facio apocham de soluto *et cetera*. Fiat cum cessione ad tuendum iuxta formam capitulorum matrimonialium inter dictos Gondissalvum et Constanciam factorum^g.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. .CCCC., manca al manuscrit. c. *segueix, cancel-lat*, dicte ville. d. Constanciam, *interlineat*. e. *segueix, cancel-lat*, Pla. f. *segueix, cancel-lat*, ville. g. *segueix un espai en blanc corresponent a quatre línies.*

450

[1477, agost, 8. Igualada]

Els germans Miquel, Guillem, Pere i Gabriel Messeguer, del lloc de les Esplugues, al terme del castell de Claramunt, i Montserrat Poc, del lloc de Vilanova d'Espoia, al terme del mateix castell, d'una part, i de l'altra part els germans Pere i Joan Canaletes, de la vila d'Igualada, signen treves fins que per alguna de les dues parts siguin retirades, i presten homenatge de paraula i de mans en poder de Nicolau Puiggròs, sotsveguer i batlle reial; a més, Miquel i Guillem Massaguer d'una part, i de l'altra Pere Canaletes (sènior) i els seus fills Pere (júnior) i Joan, es donen paraula de pau mútua mentre durin les treves. Miquel i Guillem Messeguer prometen als batlles que d'aquí al proper dimecres Gabriel i Pere Massaguer, absents, firmaran aquestes treves.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 122r.

[f. 122r] Nos, Michael^a Massaguer, Guillermus^b Massaguer, Petrus^c Massaguer et Gabriel^d Massaguer, fratres loci de *les Esplugues*, termini castri Clarmontis, et Muntseratus Poch, loci Villenove Despoya, termini eiusdem castri, ex una parte, et nos Petrus^e Canaletes^f, minor dierum, et Iohannes^g Canaletes, fratres, vile Aqualate, parte ex altera, gratis et ex certa sciencia nos, dicte partes, facimus et firmamus inter nos treugas bonas, validas et legales duraturas a die presenti, qua presens conficitur instru-

mentum, ad unum annum primo et continue venturum et completum et inmediate sequentem, et postea deinde donech fuerint reddite, et postquam reddite fuerint per .X. dies, que possint reddi personaliter vel per procuratorem honorabilibus baiulis dicte ville, vel eorum locumtenentis vel alteri eorum infra eorum iurediccionem inventis, procuratore guidato quem nunc pro tunch dicti baiuli guidarunt, vel curiis^h alteri baiulo vel officiali iurediccione exercentur infra principatum Cathalonie, postquam constet de dicta reddicione per litteram illius officialis in cuius posse fuerit facta *et cetera*, directas dictis baiulis ab litis expensis rederitis. Et quod ipsa treuga sit et habeatur pro reddita per illum vel illos quem vel quos reddita fuerit. Et illi vel illis cui vel quibus reddita fuerit et non aliis nec per alios *et cetera*. Convenientes et promitentes dicte partes quod durantibus ipsis treugis vel eorum tenencis non faciemus, tractabimus aut procurabimus aliquid dampnum, iniuriam, dedecus vel ofensam, palam vel occulte *et cetera*, alicui vel aliis alterius partis, ymmo, si sciremus aliquem vel aliquos talia illaturos denunciaremus *et cetera*, dolo et fraude cessantibus *et cetera*, et sub pena centum librarum adquirenda pro medietate parti obedienti *et cetera*, et pro altera medietate curie *et cetera*. Qua pena *et cetera*. Et pro hiis obligamus personas et bona *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et prestamus homagium ore et manibus in posse honorabilis Nicholai Puiggros, subvicarii et baiuli dicte ville pro domino rege, ipsum homagium nomine domini regis et monasterii recipienti vigore cuius *et cetera*. Et dictus Gabrielⁱ Massaguer, qui minor sit .XXV. annis, maior vero .XVI., renuncia beneficio minoris etatis.

Testes firme dictorum Michaelis et Guillermus Massaguer ac Muntserati Poch, venerabiles Iohannes Tenat, Franciscus Truyllols et Petrus Franquesa, ville Aqualate, Thomas Mathei et Iohannis Cotha, loci popule Clarmontis. Et firme dictorum Petri Canaletes et Iohannes Canaletes, qui predicta firmarunt et iurarunt et homagium prestarunt, in posse dicti baiuli die .X.^j proxime dictorum mensis et anni dicti venerabiles Iohannes Tenat, Franciscus Truyllols ac Anthonius Poncii et Petrus Tria ac Iacobus Ferriol, dicte ville. Et firme dicti^k Gabrielis Massaguer, qui firmarunt .XII. die dictorum mensis et anni Petrus Soler, chirurgicus, et Georgius Cornet, molinerius, ville predicte. Et firme dicti Petri Massaguer qui firmarunt et iurarunt et dictum homagium prestiterunt in posse venerabilis Anthonii Simon,

locumtenentis baiulis Sancti Cucufatis .XXIII. decembris, anno .M.CCCC.LXXVII. Petrus Bernardi, traginerius, et Melcior Regadell, parator, ville Aqualate.

Item, dicti Michael^l Massaguer et Guillermus^m Massaguer, ex una, et Petrusⁿ Canaletes, maior predictis^o, Petrus Canaletes et Iohannes Canaletes, eorum filiis^p, ex altera partibus, pro se et eorum valitoribus dederunt verbum pacis amicis et valitoribus alterius partis duraturum per tempus ipsarum treugarum, reddendum [f. 122v] iuxta formam ipsarum treugarum, et sub simili pena .C. librarum^q *et cetera*, acquirenda *et cetera*. Et pro hiis obligamus personas et bona. Et iuramus *et cetera*.

Testes, predicti.

Item, dicti Michael^r Massaguer et Guillermus Massaguer, convenierunt et promisserunt in manu et posse dictorum honorabilium baiulorum ipsos daturus operam cum effectu quod dictus Gabriel Massaguer eorum frater, hunch ad diem mercurii proxime venturum, et dictus Petrus Massaguer, eorum frater, qui absens est a suis partibus, infra .V. dies postquam presens fuerit infra subvicariam Aqualate, et pro quo interim dederunt verbum pacis dicti alteri parti, firmabunt dictas treugas modo et forma predictis, et ut in dicta securitate continentur *et cetera*. Sub pena .XXV. librarum Barchinone *et cetera*. Obligarunt personas et bona *et cetera*. Renunciarunt *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *ídem.* c. *ídem.* d. *ídem.* e. *ídem.* f. *segueix, cancel·lada, una lletra.* g. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* h. *curiis, interlineat.* i. *Gabriel, interlineat al damunt de Petrus, cancel·lat.* j. *segueix, cancel·lat, augusti.* k. *segueix, cancel·lat, P.* l. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* m. *ídem.* n. *ídem.* o. *Petrus ... predictis, interlineat.* p. *eorum filiis, interlineat.* q. *.C. librarum, interlineat.* r. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

1477, agost, 8. Igualada

Sol·licitud de venda en encant públic d'una peça de terra propietat del difunt Bernat Queralt, de la vila d'Igualada, situada a les Comes del Puigferrer, al terme del castell d'Òdena, la qual és tinguda pels hereus del difunt Joan Berenguer d'Argençola, de

la casa del Puigferrer, amb un cens de 2 sous; és venuda per manament de la cort per tal de pagar als creditors de l'heretat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, full solt.

Enantats^a e venets al més donant tota aquella peça de terra campa de la heretat del honorable en Bernat Queralt, quòndam, de la vila de Aguolada, cituada en lo terma del castell d'Òdena, en lo loch appellat les Comes del Puigferrer, ab entrades e exides, drets e pertinencies suas, segons termena de una part ab lo camí general per lo qual se va de la dita vila de Agolada vers lo castell d'Òdena; de la altra part ab lo tros de Marc Calvet, del dit castell d'Òdena, una rasa migensat; de la altra part en un tros de Guiu Regadell, parayre de la dita vila; e de la altre part ab un tros dels hereus d'en Miquel Vila, quòndam. E té-s per los hereus d'en Iohan Berenguer d'Argençola, quòndam, senyor de la casa del Puigferrer a cens de dos sòlidos sengles anys pagadors e ab terç, senyoria e fadiga. Et ven-se de manament de la cort per pagar e satisfer a crehedors de la heretat del dit Bernat Queralt qui y diu et cetera, si volran pagar de comptant^b lo preu, sinó poran fer venda de censal de aquell qui y diu et cetera.

Die iovis, .VII. augusti, anno a Nativitate Domini .M^o.CCCC.LXXVII^o. fuit traditum presens albaranum curritori publico.

a. es tracta d'una carta de pergamí de 10 cm per 25 cm. b. segueix, cancel·lat, sinó.

452

1477, agost, 9. Igualada

Joan Tria, ballester, d'Igualada, constituït procurador per Jaume Vidal, de la mateixa vila, per a la marmessoria del testament dels difunts esposos Berenguer Carosa i Sanceta, estén àpoca a favor de Pere Tria, mercader i hereu universal del difunt Joan Tria, mercader, ambdós de la vila, per la qual, i per ordre de la cort, ha rebut 20 sous tant en concepte de les quatre mitges pensions d'un censal mort de 10 sous de pensió que Antoni Ferrer, traginer, Felip Ferrer, hostaler, de la mateixa vila, i el difunt Joan Tria prestaven a la marmessoria predita, com de despeses a la cort de la vila d'Igualada; i a canvi Joan Tria acorda de fer-li cessió a Pere Tria de tots els drets que

pertanyen a la marmessoria pel que fa a aquell censal contra Antoni Ferrer i Felip Ferrer i els seus hereus, i aquell accepta la cessió.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 122v-123r.

Die sabati, .VIII. augusti, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

Sit omnibus notum quod ego, Iohannes Tria, balistarius, minor dierum ville Aqualate, procurator et actor ad hec et alia legitime constitutus et ordinatus a Iacobo Vitalis, dicte ville, manumissorie et exequorie testamentorum seu ultimorum piorum propositorum venerabilium Berengarii Carosa et domine Sancete, eius uxoris, defunctorum, prout de ipsa procuracione et actorie, in qua fuit mensis de kalendariis testamentorum eorumdem Berengarii Carosa et domine Sancete, plene constat instrumento publico inde facto et acto in posse notarii susscripti undecima die mensis octobris, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC^o. septuagesimo tercio, confiteor et recognosco vobis, Petro Tria, mercatori dicte ville, filio et heredi universali venerabilis Petri Tria, quondam, mercatoris eiusdem ville, heredis universalis venerabilis Iohannis Tria, quondam, mercatoris ville eiusdem, quo vi et districtu curie^a solvisitis et tradidistis michi, voluntati mee, ex una parte viginti solidos Barchinone pro quatuor mediis pensionibus a tempore concordie et avinencie inter universitatem ville Aqualate et eius singulares et creditores eorumdem, facte et firmate, citra solvi cessatis, in illo censuali mortuo pensionis annue decem solidorum dicte monete, quod Anthonius Ferrer, traginerius, Filipus Ferrer, hostalerius^b dicte ville, et dictus Iohannes Tria, a dum vivebat^c, faciebant et prestabant et nunc^d illorum heredes seu bonorum detentores faciant et prestant [f. 123r] ac facere et prestare tenentur annis singulis in festo sancti^e Mathei Evangeliste^f, manumissorie dicti Berengarii Carosa et domine Sancete, eius uxoris; item, pro missionibus et expensis in curia decanatus ville Aqualate factis pretextu dicti censualis vigintiquinque libras^g sepedicte monete. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis quantitibus, salva cum vobis et vestris cesione subscripta, presentem vobis facio apocham de soluto. Et quia ante actum et in actu solucionis dictarum quantitatem, fuit actum et conventum inter me, dicto nomine, ex una, et nos, parte ex altera, ut subscriptam vos facere cessionem, idcirco, sine eviccionem et bonorum^h et iurium dicte

manumissorie obligacionem, do, cedo et mando vobis, dicto Petro Tria, et vestris et quibus volueritis omnia iura omnesque acciones reales et personales, mixtas, utiles, directas, ordinarias et extra ordinarias et alias quascumque michi, dicto nomine et seu dicte manumissorie pertinencia et pertinentes et pertinere debentia, et debentes adversus seu contra dictos Anthonium Ferrarii et Filipum Ferrarii et illorum heredes seu bonorum detentores, et alias quascumque personas ad prestacionem dicti censualis tentas seu obligatas et eorum et cuiuslibet ipsorum bona, quibus iuribus et accionibus supradictis possitis vos et vestri et quos volueritis predictas quantitates pro ista vice tum petere, exigere, recipere et habere, et inde apocham vel apochas, fines et definiciones, et quovis titulo cessiones facere et firmare. Et quasvis exequciones, compulsiones, forcias, districtus, retroclama et enantamenta adversus seu contra dictos obligatos et seu illorum heredes seu bonorum detentores, et alias quascumque personasⁱ ad prestacionem dicti censualis modo aliquo tentas seu obligatas, et illorum bona facere seu fieri facere, instare et requirere et alia uti^j et experiri^k agendo, scilicet, et respondendo, defendendo, excipiendo, proponendo et replicando. Et omnia et singula alia facere seu fieri facere, instare et requirere in iudicio et extra iudicium quecumque et quemadmodum ego, dicto nomine, attendens principalis meus nomine dicte manumissorie facere possem et posset ante presentem^l cessionem, et possem et posset ante et eciam postea quandocumque. Ego, enim, eodem nomine ponendo et statuendo vos et vestros in locum et ius meum, dicti nomine et seu dicte manumissorie ad faciendum inde vestre libitum voluntatis sine contradiccione et impedimento mei, dicto nomine, et dicti principalis meis et alterius cuiuscumque^m. Insuper, dicto nomineⁿ convenio et bona fide promito vobis, dicto Petro Tria^o, in manu et posse notarii infrascripti^p pro hiis stipulantis et^q legitime recipientis, quod ego, eodem nomine et seu dictus principiis meus, nomine dicte manumissorie habebō, tenebo et servabo, habebit, tenebit et servabit presentem cessionem et alia omnia et singula supradicta ratam, gratam et firmam ac rata, grata et firma^r et contra eam vel ea non faciam vel veniam, faciet vel veniet aliquo iure, causa vel eciam racione. Actum est hoc, Aqualate, nona die mensis augusti, anno a Nativitate Domini .M^o.CCCC.LXX. septimo. S+num Iohannes Tria, predicti, qui dicto nomine hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Iohannes Manresa^s et Iacobus Mallendrich, paratores pannorum lane, habitatores ville Aqualate.

a. vi et districtu curie, *interlineat*. b. *segueix, cancel-lat*, et dictus Ioha. c. a dum vivebat, *interlineat*. d. *segueix, cancel-lat*, dict. e. *segueix, cancel-lat*, Mathei \Evangeliste/ die mensis. f. *segueix, cancel-lat*, manumessorie. g. *segueix, cancel-lat*, manumissorie. h. *segueix, cancel-lat*, meorum. i. *segueix, cancel-lat*, michi qualitercumque. j. *segueix, cancel-lat*, agere. k. *segueix, cancel-lat*, Et omnia et singula facere seu fieri facere. l. *segueix, cancel-lat*, et po. m. *segueix, cancel-lat*, dicens, intimans ac omnia mandans. n. *segueix, cancel-lat*, dicto nomine. o. dicto Petro Tria, *interlineat*. p. infrascripti, *interlineat*. q. *segueix, cancel-lat*, recipientis. r. *segueix, cancel-lat*, habeb. s. *segueix, cancel-lat*, parator.

453

1477, agost, 9. Igualada

Pere Aguilera, teixidor de la vila d'Igualada, collector de la talla per pagar els 900 florins d'or que la universitat acordà d'entregar a Alonso, mestre de Calatrava, reconeix a Gonçal de Fries, usufructuari de l'heretat de la seva muller Constança, haver rebut 55 sous, quantitat amb què fou taxada l'heretat de Pere Bisbals, de la mateixa vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 123v.

[f. 123v] Sit omnibus notum quod ego, Petrus^a Aguilera, textor ville Aqualate, collector tallie in dicta vila, iudice inter singulares dicte ville, in anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC. sexagesimo quinto, pro solvendo illos nongentos florenos auri in quibus universitas dicte ville se composuit cum illustrissimo domino Alonço, magistro Calatrave, confiteor et recognosco vobis, venerabili^b Gondissalvo de Fries, usufructuario hereditatis domine Constancie, uxor vestre, constante matrimonio inter vos et eam, quinquaginta^c quinque solidos Barchinone ad quos solvandos^d hereditas Petri Bisbals, eiusdem ville^e, fuit taxiata et talliata *et cetera*. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute pecunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis^f libris^g. Salva cum cessione subscripta, presentem vobis facio apocham de soluto *et cetera*. Fiat cum cessione contra dictam hereditatem pro tucyone iurium que vos habetis super eadem *et cetera*^h.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, Garcie Mo.* c. *segueix, cancel·lat, solidos.* d. *segueix, cancel·lat, dicta.* e. *Petri ... ville, interlineat.* f. *segueix, cancel·lat, .LXXV.* g. *segueix una lletra.* h. *Fiat ... et cetera, subratllat.*

454

1477, agost, 13. Igualada

Pere Pinós, del lloc de Copons, constitueix procurador seu Jaume Maçana, sabater i habitant del mateix lloc, per rebre els diners que li deguin per qualssevol causes.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 123v.

Die mercurii, .XIII. augusti, anno predicto.

Ego, Petrus Pinos, loci de Copons, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Iacobum Maçana, sutorem habitorem in dicto loco de Copons, licet absentem, procuratorem meum *et cetera*, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum omnes et singulas peccunie quantitates michi debitas et pertinentes quibusvis racionibus, iuribus, titulis sive causis. Et inde apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et ad lites largo modo cum potestate substituendi *et cetera*. Promitens habere *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum *et cetera*.

Testes, Bartholomeus Çabata, manyanus ville Aqualate, et Iohannes Arbones, de Collbetó.

455

1477, agost, 21. Igualada

Pere Aragó, procurador de Rafael Torner, prevere beneficiat del benefici de Sant Esteve protomàrtir, a l'església parroquial de Santa Maria de la vila d'Igualada, compareix davant Bartomeu Puigròs, prevere, i Bartomeu Colldesança, menestral, priors de la confraria del Cos de Crist i de Sant Esteve, i els exposa la intenció del seu principal de canviar el benefici esmentat per qualsevol altre benefici, per a la qual cosa rep la conformitat; Pere Aragó sol·licita al notari Pere Pau Solanelles un instrument públic de l'acta per al seu principal.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 124r.

[f. 124r] Die iovis, .XXI augusti, anno .M.CCCC.LXXVII^o.
 Noverint universi quod anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC.LXX. septimo, die vero iovis intitulata vicesima prima die mensis augusti, presente et vocato me, Petro Paulo Solanelles, notario publico subscripto, et presentibus, inquam^a, pro testibus Nicholao Giner et Simeone Bonastra, textoribus pannorum lini, ac^b Petro Colldesaça, fabro dicte ville Aqualate, ad hec vocatis pariter et assumptis, Petrus Arago, sutor eiusdem ville^c, procurator ut asseruit venerabilis et discreti Rafaelis Torner, presbiteri beneficiati beneficii Sancti Stefani protomartiris, in ecclesie parrochiali Beate Marie^d dicte ville instituti, constitutus personaliter coram venerabilibus^e Bartholomeo Puiggros, presbitero, et Bartholomeo Colldesaça, fabro, prioribus confrarie Corporis Christi et Sancti Stefani in eadem ecclesie dotate, et per consequentem, racione dicti prioratus, patronis dicti beneficii Sancti Stefani, in eadem ville admitentis^f, exposuit verbo^g coram eis quod cum dictus venerabilis^h principalis suis velitⁱ seu intendat permutare dictum suum beneficium Sancti Stefani pro quocumque alio^j beneficio ecclesiastico, cum cura vel sine cura, ideo, petiit et requisivit ab^k eisdem prioribus et patronis predictis^l eorum assensum super ipsa permutacione fienda^m, concedere et prestareⁿ. Et dicti venerabiles Bartholomeus Puiggros, et Bartholomeus Colldesaça, priores et patroni predicti, gratis et spontanea voluntate^o, in quacumque resignacionem et permutacionem per dictum venerabilem et discretum Rafaelem Cornet, de eodem beneficio Sancti Stefani^p, pro quocumque alio beneficio ecclesiastico fienda^q eorum asensu ac consensu dixerunt se prestare^r. Que omnia et singula dictus Petrus Arago, quo supra nomine petiit et requisivit per ordinem^s scribi et continuari, et sibi, eodem nomine aut dicto suo venerabili principali, fieri et tradi unum et plura publicum seu publica instrumenta per me, dictum et subscriptum notarium^t. Que fuerunt acta Aqualate, die mense et^u anno predictis, presente me, dicto et subscripto notario et testibus precontentis, et ut dicitur^v vocatus pariter et assumptis^w.

a. *segueix, cancel-lat*, pro testibus discreto Bartholomeo Puiggros, presbitero, Raymundo Millars, minore dierum, et Bartholomeo Tria, mercatoribus, ville Aqualate, pro testibus ad hec vocatis pariter et assumptis venerabilis et discretus Petrus Augustinus de Colle, presbiter dicte ville, constitutus personaliter coram honorabili Nich. b. *ac, sobreescrit al damunt de et*. c. *segueix, cancel-lat*, cons. d. parrochiali Beate Marie, *interlineat*. e. *segueix, cancel-lat*, et discretus. f. admitentis, *lectura dubtosa; segueix, cancel-lat*, petiit et requisivit. g. verbo, *interlineat*. h. *segueix, cancel-lat*, et discretus. i. velit, *interlineat al damunt*

de cupiat, cancel·lat. j. alio, *interlineat.* k. ab, *interlineat.* l. segueix, *cancel·lat,* quatenus. m. segueix, *cancel·lat,* prestare et. n. segueix, *cancel·lat,* dignentur. o. segueix, *cancel·lat,* s. p. segueix, *cancel·lat,* fienda. q. fienda, *interlineat.* r. dixerunt se prestare, *interlineat al damunt de* prestarunt, *cancel·lat.* s. per ordinem, *interlineat.* t. dictum et subscriptum notarium, *interlineat.* u. et, *interlineat.* v. et ut dicitur, *interlineat.* w. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals.*

456

1477, agost, 22. Igualada

Martí de Montblanc, vidrier i ciutadà de Barcelona, fill del difunt Pere Montblanc, del mas Balç, al terme del castell d'Òdena, fa donació a Berenguer Borràs, fill de Bartomeu, habitants del predit mas, de tots els drets que li pertanyen sobre aquest, per la quantitat de 10 lliures, tal com havien acordat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 124v.

[f. 124v] Die veneris, .XXII. augusti, anno predicto.

Ego, Martinus^a Muntblanc, vitriarius, civis Barchinone, filius Petri Muntblanc, quondam, mansi *Balx*, termini castri Otine, dono, absolvo, difinio et restituo vobis, Berengario Borraç, filio Bartholomei [*sic*], habitatori in dicto manso, et vestris et quibus volueritis, omnia iura et acciones *et cetera*, michi pertinenti et pertinentes quovis iure, titulo sive causa super dicto manso *Balx*, et iuribus et pertinenciis suis excepto iure vinculi que sequeretur, reputans et confitens me esse contentum de et pro decem libris Barchinone, pro quibus vobiscum me concordavi pro ipsis iuribus et accionibus. Et huiusmodi donacionem, absolucionem et difinicionem facio vobis *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Iuribus vinculi^b si sequeretur michi salvis. Promitens presentem donacionem, absolucionem *et cetera*, ratam et francham habere *et cetera*, et non contrafacere racione ingratitude *et cetera*, nec aliquo iure, causa vel eciam racione *et cetera*, sub bonorum meorum. Obligo *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Iohannes Manresa, parator, ville Aqualate, et Anthonius Marti, loci Guardie de Monteserrato.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. segueix, *cancel·lat,* michi.

457

[1477, agost, 22. Igualada]

Bartomeu Borràs i el seu fill Berenguer Borràs, del mas Balç, al terme del castell d'Òdena, reconeixen deure a Martí Montblanc, vidrier i ciutadà de Barcelona, 10 lliures tal com havien acordat, per la donació dels drets que li pertanyien sobre el predit mas, i per això prometen pagar aquesta quantitat en terminis de 40 sous anuals.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 124v.

Item nos, dicti Bartholomeus^a Borraç et Berengarius^b Borraç, eius filius, mansi *Balx*, termini castris Otine, gratis confitemur et recognoscimus vobis, Martino Muntblanch, vitrario, civi Barchinone^c, presenti et stipulanti^d, quod debemus vobis decem libras Barchinone racione concordie et avinencie inter nos et vos facte, racione iurium vobis pertinencium in et super hereditate dicti mansi *Balx*, et absolucionis et avinencie de eisdem per vos, cum instrumento die presenti paulo ante istud facte *et cetera*. Et ideo, renunciantes convenimus et promittimus vobis^e quod predictas decem libras solvemus vobis per terminos sive soluciones sequentes, videlicet, a nundinis ville Aqualate proxime venienti ad unum annum tunch primo et continue venturum quadraginta solidos Barchinone, et ab inde singulis annis in dicto termino quadraginta solidos dicte monete, et ab inde singulis annis in dicto termino quadraginta solidos dicte monete donech dicte decem libre fuerunt vobis integritur persolute. Sub pena tercii curie *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Cum salario procuratoris .V. solidos. Et solvemus missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et pro hiis obligamus omnia et singula bona nostra et cuiuslibet nostrum insolidum. Renunciamus beneficio novarum constitutionem *et cetera*. Spaciis *et cetera*. Feriis *et cetera*. Foro *et cetera*. Et omni iuri [*et cetera*]^f. Et ego, dictus Berengarius, qui minor sum .XXV. annis, maior vero .XXV., renuncio beneficio minoris etatis *et cetera*. Et omni iurii *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *ídem.* c. *segueix, cancel·lat, quod.* d. *et stipulanti, interlineat damunt un mot cancel·lat.* e. *vobis, interlineat.* f. *manca al manuscrit.*

458

1477, agost, 23. Igualada

Joan Aguilera, del mas Aguilera, al terme del castell d'Òdena, reconeix a Francesc Giner, pagès de la vila d'Igualada, tenir en comanda seva 24 cabres i 14 cabrits, promet pasturar aquest bestiar durant tres anys i que al final d'aquest temps es repartiran a parts iguals l'escreix del ramat i el formatge, excepte tres cabres que li entregará, i després es repartiran la resta del ramat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scriptione publice*, f. 125r.

[f. 125r] Die sabati, .XXIII. augusti, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

Ego, Iohannes^a Aguilera, mansi de *Aguilera*, termini castri de Otine, gratis confiteor et recognosco vobis, Francisco Giner, agricultori ville Aqualate, presenti, quod teneo in vestra comanda, ad parciarum subscriptam^b, viginti quatuor capras et quatuor decim ircos sive *cabrits*, quam quidem comandam tenere promito per tempus trium annorum proxime venturorum, sub tali forma: quod dicta bestiarum regam, custodiam et gubernabo ac saliam bene et decenter prout convenit, et quod in fine dicti temporis promito venire vobiscum ad divisionem de lucro et augmento eiusdem comande, et dabo vobis medietatem caseorum sive *dels formatges*, et in actu divisionis deductis tribus capris quas penes vos, dictum Franciscum Giner, franchas et quitias habere volo^c dividemus^d residuum dicti bestiarum et lucrum quod Deus dederit. Et promito denunciare veritatem *et cetera*. Et predicta facere et complere promito sine dilacione. Salvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Et iuro [*et cetera*]^e.

Testes, Iohannes Manresa, parator, Bartholomeus Tria, mercator^f ville Aqualate, et Iohannes Tenat, termini castri de Iorba.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat i interlineat, ex; segueix, cancel·lat, trig.* c. *segueix, cancel·lat, dabo* d. *segueix, cancel·lat, resum.* e. *manca al manuscrit.* f. *segueix, cancel·lat, et Iohan.*

459

1477, agost, 22. Igualada

Pere Agustí de Coll, prevere de la vila d'Igualada, d'una part, i de l'altra Joan Canaletes, de la mateixa vila, signen treves

duradores fins la propera festa de Sant Andreu, i presten homenatge de paraula i de mans, el primer en poder de Bartomeu Puiggròs, degà de la vila pel bisbe de Vic, i el segon en poder de Nicolau Puiggròs, batlle reial.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 125r.

Ego, Petrus^a Augustinus de Colle, presbiter ville Aqualate, ex una, et ego, Iohannes^b Canaletes, dicte ville, parte ex altera, gratis nos, dicte partes, facimus et dirmamus inter nos treugas *et cetera* duraturas hunc ad festum sancti Andree proxime venturum, et abinde donech redditi fuerint, et postquam redditi fuerint per .X. dies tunch proxime sequentes, que^c possint reddi personaliter vel per procuratorem in posse dictorum honorabilium baiulorum vel eorum locumtenentis, vel alterius eorum intus eorum iurediccionem personaliter inventis, vel in posse alterius officialis iurediccionem existentis, de quo reddimento constare habeat per litteras illius officialis *et cetera*. Promitentes non facere seu fieri facere, procurare *et cetera* aliquid dampnum *et cetera*. Sub pena .L. librarum adquirenda *et cetera*. Qua pena *et cetera*. Et pro hiis obligamus personas et bona *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et prestamus homagium ore et manibus comendatum in manu et posse, videlicet, ego, dictus Petrus Augustinus de Colle, presbiter, venerabili Bartholomei Puiggros, locumtenentis decani dicte ville pro^d reverendo domino Vicensis episcopo *et cetera*, et dictus Iohannes Canaletes in posse Nicholai Puiggros, baiuli regi, nomine domini regis et monasterii recipientis.

Testes^e, Gispertus Millars, Franciscus Truylols et Iohannes Tenat. Et firme dicti venerabili Petri Augustini de Colle dictus Franciscus Truylols, Iohannes Tenat et Anthonius Simon.

a *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *ídem.* c. *segueix, cancel·lat, si fer [...].* d. *segueix, cancel·lat, domino.* e. *segueix, cancel·lat, I.*

[1477, agost, 22. Igualada]

Gonçal de Fries, de la vila d'Igualada, amb potestat atorgada pel rei, juntament amb en Gaspar Vidal, notari reial, prèvia subhasta feta la festa de Santa Maria del mes d'agost proppassat, arrenda durant un any a Antoni Ponç i Gaspar

Millars, mercaders de la vila, totes les imposicions de la vila: del pa, vi, blat, carnisseria, peixateria, safrà, especieria, ferreria, sabateria i peita, pel preu de 120 lliures, amb un eixauc d'un escut d'or que val 22 sous.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 125v.

[f. 125v] Pro impositionibus^a.

Ego, Gondisalbus^b de Fries, ville Aqualate, habens de subscriptis plenum posse una et insolidum cum venerabili Gaspare Vitalis, notario^c a serenissimo domino rege, cum eius litera patenti data in villa de la Almunia de dona Gondina, quarta die aprilis anni millesimi^d quadringentesimi septuagesimi primi, gratis et cetera, nomine domini regis et ex potestate in eadem littera michi atributa previa legitima subastacione, ut infra patet, a festo Beate Marie mensis augusti proxime preteriti ad unum annum primo et continue venturum, vendo seu arrendo vobis, Anthonio Ponç^e et Gaspari Millars, mercatoribus dicte ville, omnes integriter impositiones que singulis annis colliguntur in dicta villa Aqualate, uti impositionem pannis, vini, bladii, carniū, piscium, bonorum^f crocei, specierie, farrarie, sabaterie et peyte, ut in quodam albarano vendicionis ipsarum impositionum inde facto ad quod me refero lacius continentur. Hanc autem et cetera. Sicut melius et cetera. Extrahens et cetera. Eademque et cetera. Tradens possessionem et cetera. Vel vos et cetera. Cedens iura et cetera. Quibus iuribus et cetera. Ego, enim, facio et cetera, preciumque centum viginti librarum Barchinonensium cum axauch unius scuti auri valentis viginti^g duorum solidorum. Et ideo renunciando et cetera, dono scienter et cetera. Insuper, eodem nomine promito facere, habere et tenere et percipere ac colligere per ipsum tempus unius anni et cetera. Et tenebor eodem nomine de eviccione, largo modoque solvere missiones et cetera. Super quibus et cetera. Obligo bona et iura dicti domini regis mobilia et immobilia et cetera. Renuncio et cetera. Et iuro in animam dicti domini regis bona autem^h mea propria pro hiis minime obligari intendo et cetera.

Testes, venerabiles frater Petrus Aguilera, prior monasterii Sancti Augustini, termini Aqualate, Iohannes Tenat, faber, et Benedictus Rosseta, scriptor Aqualateⁱ.

a. encapçalament amb minúscules de gran format. b. al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma. c. notari, interlineat. d. segueix, cancel·lat, .CCCCC. e. segueix, cancel·lat, mercatoris. f. segueix, cancel·lat, h

et. g. *segueix, cancel·lat*, un. h. *segueix, cancel·lat*, bona. i. *segueix, cancel·lat*,
Et f.

461

[1477, agost, 22. Igualada]

Els predits arrendadors Antoni Ponç, Gaspar Millars i la seva esposa Beneta i Joan Ponç, mercader de la vila, reconeixen deure a Gonçal de Fries, receptor del preu de les imposicions, 120 lliures, preu de les imposicions de la vila en l'any que començà la festa de santa Maria del present mes d'agost, i prometen pagar-les en dotze terminis iguals durant un any.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 125v.

Item nos, dicti Anthonius^a Ponç et Gaspar^b Millas, emptores predicti, Iohannes Poncii, mercator dicte ville, et Benedicta, uxor dicti Gasparis Millas, gratis *et cetera*, confitemur et recognoscimus vobis, dicto venerabile Gondissalvo de Fries, receptori preciorum ipsarum impositioinum pro domino rege, quod debemus vobis, dicto nomine et seu verius dicto domino regi, centum viginti libras Barchinone racione seu precium omnium impositioinum dicte ville per nos, dictos Anthonium Ponç et Gasparem Millars, ut predictur, emptores ad unum annum qui currere cepit in festo Beate Marie presentis^c mensis augusti. Et ideo, renunciantes *et cetera*, solvere promittimus vobis, dicto nomine aut illi vel illis cui vel quibus vos, dicto nomine aut dictus dominus rex voluerit, sub pena tercii *et cetera*, adquirenda curie baiulorum Aqualate, vel illi curie officiali sine iudicio *et cetera*, pro duodecim terciis equales fiendas infra unum annum, videlicet, in fine et ultime die cuiuslibet mensis unam solucionem *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Cum salario procuratoris^d .V. solidos. Et solvemus missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et pro hiis obligamus nos personaliter, videlicet, nos dicti viri et omnes *mares* et femina omnia et singula bona nostra^e, et cuiuslibet nostrum insolidum. Renunciamus *et cetera*. Omni iuri *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, predicti, qui ad firmam dictorum Gasparis Millars et Anthonius Poncii. Et firme dicti^f.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
b. *ídem.* c. *presentis, interlineat.* d. *procuratoris, interlineat.* e. *nostra, interlineat damunt omnia cancel·lat.* f. *tot l'instrument ratllat amb una ratlla*

ondulant; continua la següent nota al peu del document: Die veneris, .XX. septembris, anno .M.CCCC.LXXVIII^o, de voluntate et mandato venerabilis Gondissalvi de Fries, receptoris et collectoris predictae, fuit cancellata dicta securitas eo quia fuit sibi plenarie et integre satisfactum in dicta quantitate per dictos Anthonium Poncii et Gasparem Millars; presentibus testibus Michaele Gatell, paratore, et Raymundo Millars, dicte ville.

462

1477, agost, 26. Igualada

Antoni Carulla, del lloc de Vilanova del Camí, al terme del castell de Claramunt, reconeix a Francesc Giner, pagès de la vila d'Igualada, tenir en comanda seva i pasturar durant tres anys, trenta-cinc ovelles i cinc cabres, i que al final d'aquest temps es repartiran tots els beneficis que hagi donat el ramat, el mateix ramat i els animals que hagin nascut.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 126r.

[f. 126r] Die martis, .XXVI. augusti, anno predicto.

Ego, Anthonius^a Querulla, loci de Villenove de Camino, termino castris Clarmondis, gratis confiteor et recognosco vobis, Francisco Giner, agricultori ville Aqualate, quod teneo in comanda vestra^b, lucrum et parciariam subscriptam^c, ad tempus, videlicet, trium annorum proxime venientium, triginta quinque oves et quinque capras quas michi comendastis. Et ideo, renunciando *et cetera*, convenio et promitto quod dicta bestiarum et agnos et ircos sive augmentum quod Deus dederit regam, custodiam, pascam salliamque et providebo bene et decenter, et dabo vobis medietatem tam de lana quam de caseis, et in fine dicti temporis veniam vobiscum ad divisionem, et ipsam comandam simul cum augmento quod Deus dederit de agnis et cabritis dividam vobiscum medium per medium *et cetera*, et denunciabo veritatem *et cetera*, vigore iuramenti per me inferius prestiti. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et pro hiis obligo bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Petrus Colldesaña, faber, et Marchus Catarro, sutor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, ad medium.* c. *subscriptam, interlineat.*

463

1477, agost, 27. Igualada

Bernat Calbó, àlies Fauró, mercader del lloc de Castellbò, ara habitant de la ciutat de Tarragona, reconeix deure a Bernat Ninot, jurisperit de la vila de Cervera, 30 sous, part d'una quantitat que aquest entregà a Salvador Guiu, mercader de la vila de Cervera, i promet que els hi tornarà el proper mes de setembre.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 126r.

Die mercurii, .XXVII. augusti, anno predicto.

Ego, Bernardus^a Calbo, alias *Fauró*, mercator loci de Castellbò, pro nunc habitator civitatis Terracone, gratis et cetera, confiteor et recognosco vobis, honorabili Bernardo Ninot, iurisperito ville Cervarie, presenti, quod debeo vobis triginta solidos Barchinone descendentes de certa dicta [quantitate]^b quam vos, pro me, fecistis venerabili Salvatori Guiu, mercatori dicte ville Cervarie. Et ideo, renunciando et cetera, promito solvere et cetera, hunch per totum mensem septembris proxime venturum et cetera. Sine dilacione et cetera. Et solvam missiones et cetera. Super quibus et cetera. Obligo bona et cetera. Renuncio et cetera. Et iuro et cetera.

Testes, Nathalis Marimon, termini castris de Montebovino, Franciscus Balaguer, balistarius, ville Aqualate, et Salvator Vives, de Pontonibus^c.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *manca al manuscrit.* c. *tot l'instrument, ratllat amb una ratlla vertical.*

464

[1477, agost, 27. Igualada]

Gispert Millars, mercader de la vila d'Igualada, lloga als esposos Gabriel Roig, àlies Puiggròs, del terme de Rubió, i Margarida, i a Constança, mare del predit Gabriel, un mas que posseeix a la parròquia de Sant Genís d'Horta, prop de la ciutat de Barcelona, amb les seves terres i possessions, juntament amb dos oliverars que es troben al terme d'Olesa, per als sis anys següents a comptar a partir de la festa de Sant Miquel.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 126v.

Instrumentum mitimenti sive logerii facti et firmati per venerabilem^a Gispertum^b Millars, mercatorem ville Aqualate, Gabrieli^c Roig, alias Puiggros, termini castris de Robinone, et domine Margarite, eius uxor, ac domine Constance, matri sue, de domo sive manso quem tenet et possidet in parrochia Sancti Genesii de Orta, prope civitatem Barchinone, cum omnibus terris, honoribus et possessionibus et *boschs*, et cum iuribus et pertinenciis suis, et de *dos olivars* citis in termino Oulesia, ad sex annos qui currere incipient in festo sancti Michaelis mensis septembris proxime venientis, iuxta formam cuiusdam memorialis manu propria dicti Gaspari Millars scripti, et in cohoptis presentis libri reconditi; cum acceptacione dicti logerii facta per dictos Gabrielem Roig, alias Puiggros, eius matrem et eius uxorem.

Testes, in cedula.

a. venerabilem, *interlineat*. b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. c. *idem*.

465

1477, agost, 28. Igualada

Pere Tria, mercader de la vila d'Igualada, reconeix a Ramon Millars, Pere Millars i Gispert Millars, mercaders de la mateixa vila, que de les 300 lliures per les quals aquests li vengueren un censal mort amb pensió anual, han retirat d'una part 12 lliures, 13 sous i 9 diners, les quals no li han de ser entregades, i que 40 lliures més ja les pagaren tal com es convingué en la venda del prebit censal; en conjunt sumen 52 lliures, 13 sous i 9 diners pels quals estén àpoca.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 126v.

[f. 126v] Die iovis, .XXVIII. augusti, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

Ego, Petrus^a Tria, mercator ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, venerabilibus Raymundo Millars, Petro Millars et Gisperto Millars, mercatoribus dicte ville, quod ex illis trecentis libris Barchinone pro quibus seu quarum precio vos fecistis michi vendicionem censualis mortui certe annue pensionis, cum instrumento inde recepto in posse discreti Marchi Busquets, auctoritate regia notarii publici Barchinone, die et anno contentis,

habent deducti ex una parte duodecim librarum^b, terdecim solidi et novem denarii dicte monete, ad quas et quos, facto compoto legitime inter me et vos, fuit repertum vos non teneri michi ad solvendum easdem; item, eciam ex alia parte illas quadraginta libras Barchinone, quas vos michi^c, iuxta formam concordie in actu empcionis dicti censualis facte, solvisitis, restituistis et tradidistis pro^d solucione per vos fienda in mense septembris anni proxime devoluti millesimi .CCCC. septuagesimi sexti. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate, non solute et non restitute peccunie^e, et doli mali de predictis quantitibus que summa capiunt quinquaginta duarum librarum, terdecim solidorum et novem denariorum, presentem vobis facio apocham de soluto, necnon absolucionem et difinicionem et remissionem, et pactum de ulterius non petendo et de non agendo vallatum^f.

Testes, Filipus Valles, barberius, et Petrus Ledo, textor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, dicte monete.* c. *segueix, cancel-lat, b[...].* d. *segueix, cancel-lat, pri.* e. *segueix, cancel-lat, de.* f. *segueix un espai en blanc corresponent a tres línies.*

466

1477, agost, 28. Igualada

Pere Tria, mercader de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor de Ramon Millars, Pere Millars i Gispert Millars, mercaders de la predita vila, per la quantitat que correspon a la pensió d'un censal mort que cada any li presten.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 126v.

Sit omnibus notum quod ego, Petrus^a Tria, mercator ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, venerabilibus^b Raymundo Millars, Petro Millars et Gisperto Millars, mercatoribus dicte ville, quod solvistis et tradidistis michi bene et plenarie, voluntati mee... Barchinone que et qui michi solvendo fuerint... mensis aprilis proxime devoluti racione illius censualis mortui consimilis peccunie quantitatis, quod vos michi facistis et prestastis ac facere et prestare tenemini annis singulis consimili termino sive die. Et ideo, renunicando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis... libras, presentem vobis facimus [*sic*] apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, vicesima octava die mensis, anno a Nativitate

Domini .M°.CCCC°.LXX°. septimo. S+num Petri Tria, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Filipus Valles, barberius, et Petrus Ledo, textor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
b. *venerabilibus, interlineat.*

467

1477, agost, 31. Igualada

Joan Canaletes, de la vila d'Igualada, constitueix procurador el seu pare, Pere Canaletes, perquè presenti a Pere Agustí de Coll, prevere i degà d'Igualada, una carta de Bernat Travesset, vicari general del bisbe de Vic, del 30 d'aquest mes, per a fer una protesta.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 127r.

[f. 127r] Die dominica, .XXXI. mensis augusti, anno predicto.

Ego, Iohannes^a Canaletes, ville Aqualate, constituo et ordino^b vos, venerabilem Petrum Canaletes, patrem meum, presentem, procuratorem meum certum et speciale^c *et cetera*, videlicet, ad presentandum venerabili Petro Augustino de Colle, presbitero, decano Aqualate, quandam patentem pariam [*sic*] litteram multi honorabilis Bernardi Travesset, vicarii in spiritualibus et temporalibus generalis reverendi domini Vicensis electi^c, quodam parvulo sigillo in eius dorso sigillatam datus cuius fuit Barchinone, .XXX.^d presentis mensis augusti, protestandum quoque requirendum et movendum, et inde quecumque instrumento fieri faciendum, instandum et requirendum largo modo. Et generaliter *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligacione *et cetera*.

Testes, Anthonius Roqueta, barberius, et discretus Bartholomeus Puiggros, presbiter, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, vobis.* c. *segueix, cancel-lat, episcopus.* d. *segueix, cancel-lat, mensis augus.*

468

1477, setembre, 1. Igualada

Nicolau Puiggròs, batlle reial de la vila d'Igualada, és requerit perquè s'empari dels béns i persona de Joan Manresa, de la mateixa vila, ja que aquest ha estat descobert en frau per vendre en la seva botiga robes no bollades, i se li demana que procedeixi a inventariar aquests béns, com així es fa; Joan Manresa, en vigor del jurament i homenatge que presta, promet que quan li sigui requerit pels senyors diputats s'entregarà, i demana a Jaume Ferriol que li vulgui bollar les robes a la seva tenda per tal que les pugui vendre, i que s'avé a pagar la bolla.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 127r-127v.

Die lune, prima mensis septembris, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

Dicta die, presente et vocato me, Petro Paulo Solanelles, notario subscripto, et presentibus, inquam, Iohanne Sala, agricultore, et Antonio Roqueta, barberio, dicte ville, pro testibus, Iacobus Ferriol, dicte ville, collector bulle generalis Cathalonie, in dicta ville Aqualate *et cetera*, constitutus personaliter coram honorabili Nicholao Puiggros, baiulo dicte ville pro domino rege, nomine dicti generalis requisivit^a dictum baiulum quatenus^b se assecurat de persona et bonis Iohannis Manresa, dicte ville, ex quo, ut asseruit, fuit inventus in fraude defraudando iura generalis, eo quia tenet in sua botigia et^c publice in sui^d tabula bona seu raupas sequentes non^e bullatas nec manifestatas sibi, dicto collectori, et ex illi vendidit diversis personis quare accusando sibi penas in quibus iuravit, se assecurat de persona et bonis eiusdem Iohannis Manresa pro salutate iurium dicti generali, et alia procedat ad inventariandum et faciendum memoriale de ipsis bonis, alia protestati fuit, et ilico dictus honorabilis baiulus obtulit se paratus; et ad actum procedens^f processit inventariandum ipsa bona et raupas sub forma sequenti: primo *foren atrobats en la dita taula o tenda pública .XXXVIII. cossetes de fil en pua entre grans e poch; ítem, .XX. capells de fil et pua entre grans e poch; ítem, .IIII. troços de drap de fil e pua et cetera*. Requiring dictus Iacobus Ferriol hec scribi et continuari, et hiis sich factas et gestas dictus Iohannes^g Manresa, vigore iuramenti et homagii^h [*f. 127v*] per ipsum inferius presentandi et sub pena .L. librarum, promisit quod cum requisitus fuerit pro parte dominorum depputatorum se mitet in eorum

posse pro stando iuri *et cetera*. Obligavitⁱ persona et bona *et cetera*. Et iuravit *et cetera*. Et prestitit homagium ore et manibus in posse dicti baiuli.

Testes, predicti.

Et dictus Iohannes Manresa verbo requisivit dictum Iacobum Ferriol quatenus *li vulla bollar les robes que té en la sua tenda, per ço que aquelles puisque vendra e fer lo dega, com sia prest pagarli lo dret de la bolla*, alia protestatus fuit.

Testes, Gispertus Millars et Iacobus Vitalis, dicte ville.

a. *segueix, cancel-lat*, mandavit. b. *segueix, cancel-lat*, sub pena .C. librarum. c. *segueix, cancel-lat*, in. d. publice in sui, *interlineat*. e. *segueixen, cancel-lades, dues lletres*. f. ad actum procedens, *interlineat*. g. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho per iuravit homagium*. h. *continua la següent nota al peu de la pàgina*, Die veneris, .XVII. octobris, anno predicto, dictus Iohannes [*al damunt de Iohannes, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*] confessus fuit se recuperasse dictos *cossets e capells e les pessés de fil e [...]*. [*segueix, cancel-lat*, presentibus testibus], de mandato dictorum depputatorum; presentibus testibus Francisco Giner, agricultore, et Iacobo Miro, paratore lane, dicte ville Aqualate. i. *segueix, cancel-lat*, bona.

469

1477, setembre, 2. Igualada

Gonçal de Fries, procurador del noble Pere Dansa, cavaller, estén àpoca a favor de Pere Millars, Pere Muset, Dalmau Mercader i Nicolau Giner, consellers de la universitat de la vila d'Igualada durant l'any 1472, per la quantitat de 88 lliures, les quals provenen dels fogatges fets en el predict any a les universitats de la vila d'Igualada i castell de Tous, i que, en virtut d'una cautela feta pels diputats del Principat de Catalunya, són part d'una major quantitat que havien de pagar al seu principal.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 127v.

Die martis, .II. septembris, anno predicto.

Sit omnibus notum quod ego, Gondissalvus^a de Fries^b, ville Aqualate, procurator ad hec et alia legitime constitutus et ordinatus a nobili domini Petro Dança, milite, prout de ipsa procuracione plene constat instrumento inde^c facto seu recepto in posse notarii subscripti, .XV. die mensis marcii, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXX.^d sexto, confiteor et recognosco

vobis, venerabilibus Petro Millars, Petro Muset, Dalmacio Mercader et Nicholao Giner, consiliariis universitatis dicte ville Aqualate in anno, videlicet, .M.CCCC^o. septuagesimo secundo^e, quod vigore cautele per dominos deputatos Principatus Cathalonie dicto nobi[li]^f domino Petro Dança de maiore quantitate sibi facte^g, tribus sigillis ut ut [sic] primis videbat specibus^h sigillate, datis cuius fuit in monasterio de Petris Albis, prima die mensis octobris dictiⁱ anniⁱ, et de peccuniis proventis^k ex et de fogagiis dicte^l universitati dicte^m ville Aqualate et universitati castri de Thous, in dicto annoⁿ septuagesimo secundo solvere contingentibus, solvistis et tradidistis dicto nobili domini Petro Dança, principali meo^o, octuaginta octo libras Barchinone. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali de predictis octuaginta octo libras, presentem, dicto nomine, vobis facio apocham de soluto; volo^p et expresse retineo quod si ex dicta quantitate vel aliqua eius parte^q reperirent aliq[ue] apoche seu albarana, sub presenti comprehendatur ut ne videatur unam et eandem quantitatem bis fore solutam. Actum est hoc Aqualate, secunda die mensis septembris, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXX.septimo. S+num Gondissalvi de Fries, predicti, qui dicto nomine hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt, filipus Valles^r, barberius, et Petrus Mas, sutor, ville Aqualate^s.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, mercator.* c. *segueix, cancel·lat, recepto.* d. *segueix, cancel·lat, septimo.* e. *secundo, interlineat al damunt de primo, cancel·lat.* f. *li manca al manuscrit.* g. *segueix, cancel·lat, datis cuius.* h. *ut primis videbat specibus, interlineat al damunt de eius fronte, cancel·lat.* i. *dicti, interlineat.* j. *segueix, cancel·lat, an [sic] millesimi .CCCC.LXX. secundi.* k. *segueix, cancel·lat, ex.* l. *dicte, interlineat.* m. *dicte, interlineat.* n. *segueix, cancel·lat, sexage.* o. *principali meo, interlineat.* p. *segueix, cancel·lat, in.* q. *vel... parte, interlineat.* r. *segueix, cancel·lat, bossorius.* s. *tot l'instrument, ratllat amb tres ratlles verticals.*

1477, setembre, 3. Igualada

Bernat Miralles, de la ciutat de Tortosa, constitueix procurador seu Gabriel Miravall, del lloc de la Fatarella, castellania d'Amposta, per rebre les 40 lliures que Pere Canaletes (sènior) juntament amb la seva esposa Esperança i llur fill Pere Canaletes (júnior)

i l'esposa d'aquest, Coloma, li deuen, segons consta en un instrument públic fet a la vila d'Igualada.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 128r.

[f. 128r] Die mercurii, .III. septembris, anno predicto.

Ego, Bernardus^a Miralles, civitatis Dertuse, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Gabrielem Miravall, loci de *la Fatarella*, castellanie Emposte, presentem, procuratorem meum certum et specialem, videlicet, ad petendum illas .XXXX. libras Barchinone quas Petrus Canaletes, Sperancia, eius uxor, Petrus Canaletes, illorum filius, et Columba, eius uxor, michi debent et solvere tenentur mediante instrumento publico inde facto et acto in^b scribania publica dicte ville Aqualate, secunda die mensis madii proxime preteriti, et illas michi dari et solvi requirendum *et cetera*. Et quasvis exequuciones *et cetera*. Retroclama *et cetera*, de salario vestrum protestandum *et cetera*. Et inde quecumque instrumenta *et cetera*. Et generaliter omnia alia *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*, et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes, discretus Bartholomeus Puiggros, presbiter Aqualate, et discretus Iohannes Cervera^c, clericus ville Sancte Columbe de Queralto.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat*, in dicta villa Aqualate. c. *segueix, cancel·lat*, ville Sancte.

471

1477, setembre, 10. Igualada

Garcia Morigon promet no moure's de casa seva i la plaça del Blat de la vila, i presta homenatge de paraula i de mans en poder de Nicolau Puiggròs, sotsveguer d'Igualada.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 128r.

Die iovis, .X. septembris.

Venerabilis Garcias^a Morigon, virtute iuramenti et homagii et pene subscriptorum, promisit tenere arrestum intus eius domum et plateam Bladi eiusdem ville *et cetera*, promitens non exire *et cetera*, sub pena quinquaginta librarum *et cetera*. Obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit. Et prestavit homagium ore et manibus in posse honorabilis Nicholai Puiggros, subvicarii dicte ville pro domino rege *et cetera*.

Testes, honorabiles Anthonius Simon, Iohannes Tenat et Franciscus Truyllops.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho per iuravit homagium.*

472

[1477, setembre, 10. Igualada]

Gonçal de Fries, de la vila d'Igualada, promet restar entre casa seva i el carrer que va cap al portal de Soldevila, cap al portal d'Òdena i cap al portal del Llavador, i presta homenatge en poder de Nicolau Puiggròs, sotsveguer de la vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 128r.

Gondissalvus^a de Fries, dicte ville, promisit tenere arrestum intus eius domum et pro vicum eundo versus portalem de *Soldevila* versus portalem Otine et versus portale del *Levador*, a presenti cum villa non exeundum *et cetera*. Promitens non exire *et cetera*, pena .L. librarum *et cetera*. Obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit. Et prestitit homagium in posse dicti Nicholai Puiggros, subvicarii, et baiuli *et cetera* nomini domini regis.

Testes, Filipus Valles, barberius^b, et Bartholomeus Colldesañca, faber.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho per iuravit homagium.* b. barberius, *interlineat*.

473

[1477, setembre, 10. Igualada]

Els esposos Marc Catarro, sabater de la vila d'Igualada, i Joana venen a Francesc Giner, de la mateixa vila, un tros de terra campa i un hort adjacent que es troben al lloc anomenat les Tries, prop de la Pila, al rec dels molins de l'abadia, a la vila d'Igualada; els venedors signen àpoca dels 100 sous.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 128r-128v.

In Dei nomine. Nos, Marchus^a Catarro, sutor ville Aqualate, et Iohanna, eius uxor, gratis *et cetera*, per nos et omnes heredes

et successores nostros vendimus et ex causa vendicionis concedimus vobis Francisco Giner^b, dicte ville, et quibus volueritis, perpetuo, quoddam terre trocium campum et unum ortum iuxta ipsum trocium constructum in termino dicte ville Aqualate, loco vocato *Les Tries*, et satis prope *La Pila*, regi molendinorum de la abbadia, prout terminatur ab^c omnibus suis^d partibus, cum honoribus Petri Muset, textoris dicte ville^e, camino quo tenditur ad dictam Pilam in una parte mediante. Et tenetur per dominos dicte ville et alios dominos medios^f ad certos annuos census, ut in instrumentis antiquis est videtur *et cetera*. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus *et cetera*. Precium est centum solidorum Barchinone. Et ideo, renunciando *et cetera*, damus et remitimus *et cetera*. Promittimus facere, habere et tenere *et cetera*. Et tenebimur de eviccionem *et cetera*. Largo modo *et cetera*. Et solvemus missiones. [f. 128v] Super quibus *et cetera*. Et pro hiis obligamus bona *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, discretus Berengarius de Clerico, notarius ville Sancte Columbe de Queralto, et Filipus Valles, barberius ville Aqualate. Et firme dicti... emptoris^g.

Item, dicti^h venditores firmarunt apocham de soluto de dictis centum solidis.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. *segueix, cancel·lat*, Giner. c. *segueix, cancel·lat*, una. d. *suis interlineat*. e. *segueix, cancel·lat*, que. f. *segueix, cancel·lat*, ut in st. g. *tot l'instrument ratllat, amb una ratlla ondulant; continua la següent nota*, Die dominica, .XIII. septembris, anno predicto. De voluntate dictorum Francisci Giner, \emptoris/, et Marchi Catarro, venditoris predictorum, fuit cancellatum instrumentum dicte vendicionis, eo quia non venit ad efectum; presentibus testibus Francisco Sala, apothecario, minore, et Francisco Roures, corderio, ville Aqualate. h. *segueix, cancel·lat*, Fra.

474

[1477, setembre, 10. Igualada]

El predit Francesc Giner signa carta de gràcia de l'hort pels propers nou anys, però amb la condició que si l'hort fos llaurat, ell el pugui sembrar i collir-ne els fruits.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 128v.

Item, cum alio instrumento dictus Franciscus^a Giner, emptor predictus, fecit et firmavit instrumentum gracie redimendi dictum ortum eiusdem emptoribus infra novem annos proxime venturos, pro restitutione precii eiusdem, hoc intellecto et declarato quod si in actu dicte redempcionis dictum terre trocium fuerit sulavatum aut binatum, quo habeam et possim seminare et fructius meus facere *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

475

1477, setembre, 12. Igualada

Garcia Morigon, donzell, del regne de Castella, ara resident a la vila d'Igualada, d'una part, i de l'altra Gonçal de Fries, de la predita vila, es donen paraula de pau mútua en poder dels sotsveguer i batlles de la vila, duradora fins la propera festa de Sant Andreu apòstol.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 128v.

Die veneris, .XII. setembris, anno predicto.

Ego, Garcias^a Morigon, domicellus^b, regni Castelle, habitator pro nunc in villa Aqualate, ex una parte, et Gondissalvus^c de Fries, eiusdem ville, parte ex altera, gratis nos, dicte partes, damus verbum pacis, videlicet, pars parti in manu et posse honorabili subvicarii et baiulorum ville predictae, duraturum hunc ad festum Sancti Andree apostoli proxime instans, et abinde donech fuerit redditum, et postquam redditum fuerit per .V. dies^d nunc proxime sequentes, quod possi reddi personaliter vel per procuratorem in manu et posse dictorum honorabilium subvicarii et baiulorum vel alterius baiuli sive curie *et cetera*. Promitens *et cetera*, quod durante dicta securitate *et cetera*, non faciemus, tractabimus *et cetera*, pena .C. librarum *et cetera*, acquirenda pro medietate parti, et pro altera medietate curie *et cetera*. Obligamus personas *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, venerabiles Iohannes Tenat, Anthonius Ripoll, ville Aqualate, et Bernardus Miralles, civitatis Dertuse.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, habitator.* c. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* d. *segueix, cancel·lat, quod.*

476

1477, setembre, 12. Igualada

Berenguer de Clergue, notari de la vila de Santa Coloma de Queralt, constitueix procurador seu Pere Aguilera, teixidor d'Igualada, per a comparèixer davant dels batlles de la vila i presentar diversos instruments i escriptures, tant públics com privats.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 128v.

Ego^a, Berengarius^b de Clerico, notarius ville Sancte Columbe de Queralt, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Petrum Aguilera, textorem ville Aqualate, licet^c absentem^d *et cetera*, procuratorem [meum]^e certum et specialem, videlicet, ad comprehendendum coram honorabilibus baiulis Aqualate et illis presentandum quecumque instrumenta et scripturas tam publicas quam privatas *et cetera*. Et ad lites largo modo *et cetera*. Cum potestate substituendi *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*, et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes, Gabriel Gavarro, ville Aqualate, et Iacobus Marti, notarius, civis Barchinone.

a. *el document presenta un encapçalament cancel·lat*, Sit omnibus notum quod ego, Garcia Morigon. b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. c. *segueix, cancel·lat, quod*. d. *licet absentem interlineat*. e. *manca al manuscrit*.

477

1477, setembre, 16. Igualada

Gabriel Fonoll, prevere de Santa Coloma de Queralt, reconeix a Jaume Martí, procurador i actuant en nom de l'hospital de la Santa Creu de la ciutat de Barcelona, que tot i que aquest signà una àpoca de 12 lliures, les quals són part d'una casa que el predit Gabriel Fonoll comprà a aquest hospital —qui l'heretà del difunt Berenguer Llorenç, de Santa Coloma de Queralt—, aquest dipòsit no fou realitzat, però sí signat amb la confiança de la realització de la present seguret a la cort del degà de la vila d'Igualada i, per tant, promet que les pagarà en els terminis següents: en la propera festa de Nadal, 4 lliures; en la propera Pasqua de Resurrecció, 4 lliures, i les restants 4 lliures per Santa Maria del mes d'agost.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 129r.

[f. 129r] Die martis, .XVI. septembris, anno predicto.

Ego, Gabriel^a Fonoll, presbiter, ville Sancte Columbe de Queralto, gratis *et cetera*, confiteor et recognosco vobis, discreto Iacobo Martini, notario, procuratori et actori hospitalis Sancte Crucis, civitatis Barchinone, quod licet vos firmaveritis instrumentum apoche de recepto ex et de illis duodecim libris que die presenti^b fuerunt deposite, aut per vestrum depositum scripte et continuate in curia honorabilium decani^c ville Aqualate, pro resta precii hospicii quod ego emi a dicto hospitali, hereditatis venerabilis Berengarii Laurencii, quondam, dicte ville Sancte Columbe de Queralto, qui Dominum Deum et dicti hospitali heredem instituit, est cum verum quod dictum depositum non fuit factum, licet ita si confectum, verum sub spe presentis securitatis fuit scriptum in dicta curia. Et ideo, agnoscendo vobis bona fidem, et confitens me debere vobis, nomine dicti hospitalis, dictas duodecim libras Barchinone *et cetera*, et^d renunciando excepcioni non numerate et^e ex causa predicta non debite peccunie, et doli mali *et cetera*, promito vobis quod predictas duodecim libras solvam vobis per terminos sive soluciones sequentes, videlicet: in festo Nathalis Domini proxime venturo quatuor libras, et in festo Pasche Resurreccionis Domini alias quatuor libras, et restantes quatuor libras in festo beate Marie mensis augusti; nunc proxime sequentes alias quatuor libras dicte monete *et cetera* [sic]. Sine dilacione *et cetera*. Cum salario procuratoris .V. solidos. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et pro hiis obligo bona mea *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Anthonius Rosseta, parator, et Marchus Catarro, sutor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, ut dicitur.* c. *segueix, cancel-lat, dicte.* d. *segueix, cancel-lat, renun.* e. *segueix, cancel-lat, non debite.*

1477, setembre, 18. Igualada

Antoni Almúnia (júnior), fill i hereu universal del seu difunt pare Antoni Almúnia (sènior), mercader de la vila d'Igualada, constitueix la seva mare Marquesa, procuradora general per

a regir tots els seus béns i drets, per a rebre diners i fer àpoques, execucions, arrendar terres, honors, propietats, etcètera, per un temps o per sempre, amb carta de gràcia o sense, tant amb corredors públics com sense, cedir drets, accions, etcètera amb compromisos amb àrbitres o sense, fer avinences i concòrdies, i tot el que ella consideri o vulgui.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 129r-129v.

Die iovis, .XVIII. septembris, anno predicto.

Ego, Anthonius^a Almunia, filius et heres universalis venerabilis^b Anthonii Almunia, quondam, mercatoris ville Aqualate, ex certa sciencia constituo et ordino vos, venerabilem dominam Marquesiam, uxorem dicti patris mei matremque meam precaram, presentem procuratricem meam generalem ad regendum, procurandum et gubernandum omnia et singula bona, res et iura mea universa et singula et cetera, et quia expressa magis tueri solent quam [...] ^c *et cetera*, ad petendum [et] ^d *exhigendum omnes et singulas peccunie quantitates et cetera*. De receptis apochas *et cetera*. Et exequciones *et cetera*. Item, ad vendendum, stabiliendum, arrendandum vel locandum ad imperpetuum vel ad certum tempus *et cetera*. Vel instrumentis gracie redimendi mediantibus quascumque terras, honores et proprietates et cetera, tam cum curritore quam sine illi vel illis *et cetera*. Et pro illis precio seu preciis, iuris, logeriis vel aliis peccunie quantitibus et cetera. Iura et acciones cedendum *et cetera*. De eviccione cavendum *et cetera*. Et omnia que in contractu empti et venditi et cetera. Precia recipiendum *et cetera*^e. Item, ad compromitendum in arbitrum seu arbitros *et cetera*, cum vel sine pena *et cetera*, et ad laudandum [f. 129v] avinencias et concordias factas seu fiendas *et cetera*, quibus de causis *et cetera*, et inde quecumque instrumenta *et cetera*. Et omnia alia que dicta domina *et cetera*^f.

Testes, Bernardus Venrell, mercator, et Petrus Ledo, textor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *venerabili, interlineat.* c. *espai corresponent a un mot.* d. *manca al manuscrit.*
 e. *segueix, cancel·lat, et inde quecumque ins.* f. *escrit al marge esquerre, Extendatur ad eam omnia que dicta domina procuratrix petierit aut voluerit.*

479

1477, setembre, 23. Igualada

Els esposos Pere Canaletes (sènior) i Esperança, el seu fill Pere Canaletes (júnior) i la seva esposa Coloma, i el seu fill [i germà respectiu] Joan Canaletes, tots de la vila d'Igualada, venen a Francesc Giner, pagès de la mateixa vila, un tros de terra anomenat la Longadera, que es troba en el pla superior de la vila, pel preu de 19 lliures i 16 sous; el tros de terra és tingut pels senyors majors de la vila i altres senyors amb un cens de 3 sous.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scriptione publice*, f. 129v.

Die martis, .XXIII. septembris, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

In Dei nomine^a. Nos, Petrus^b Canaletes, maior dierum^c, Sperancia^d, eius uxor, Petrus^e Canaletes, dictorum coniugum filius, et Columba^f, eius uxor, et Iohannes^g Canaletes, predictorum coniugum filius, ville Aqualate^h, gratis et ex certa sciencia, per nos et omnes heredes et successores nostros quoscumque vendimus et ex causa vendicionis concedimus vobis, Francisco Giner, agricultori dicte ville, et vestris et quibus volueritis, totum illud terre trocium vocatum *la Longadere*, citum in termino dicte ville et in plano superiori eiusdem, inter nos et vos fixuratum, prout terminatur ab una parte cum terre trocio nostro, qui ibi est, ut predicaturⁱ, fixuratum; ab alia parte cum terre trocio monasterii Sancti Augustini, in quo est constructus putus sinie; ab alia parte cum terre trocio vestri, dicti emptoris; et ab alia parte, partem^j cum terre trocio heredum venerabilis Iohannis Tarrago, quondam, notarii, et partem cum terre trocio heredum discreti Iohannis Serralonga, quondam, notarii. Et tenet per dominos maiores et alios dominos ad censum trium solidorum. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahentes *et cetera*. Promitentes tradere possessionem *et cetera*. Cedentes iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Precium est decem novem librarum et sexdecim solidorum Barchinone *et cetera*. Et ideo, renunciantes damus et remittimus *et cetera*. Promittimus facere, habere, tenere *et cetera*. Et tenebimur de eviccione *et cetera*. Et solvemus missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligamus bona nostra insolidum *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, magister Nicholaus Navarro, ligni faber, et Anthonius Mathei, minor dierum dicte ville^k.

Item, dicti venditores^l firmarunt apocham de soluto dicto Francisco Giner, de decem novem libris et sexdecim solidis pro precio dicti terre trocii.

Testes, predicti.

a. *segueix, cancel-lat, ego.* b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* c. *segueix, cancel-lat, domina.* d. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* e. *ídem.* f. *ídem.* g. *ídem.* h. *ville Aqualate, interlineat.* i. *segueix, cancel-lat, inter nos.* j. *segueix, cancel-lat, p.* k. *tot l'instrument, ratllat amb una ratlla ondulant.* l. *al damunt de venditores, dues ratlletes obliqües per indicar-ne la ferma.*

480

1477, octubre, 18. Igualada

El predit Francesc Giner fa carta de gràcia als venedors de l'esmentat tros de terra per als propers nou anys per tal que el puguin redimir i els sigui permès de fer el pagament en terminis de quatre lliures en quatre lliures, i que si aleshores el camp és llaurat els venedors en paguin les despeses i si és sembrat, que aquest en pugui recollir els esplets.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 130r.

[f. 130r] Die .XVIII. octobris, anni eiusdem.

Item, cum alio instrumento, dictus Franciscus^a Giner, emptor dicti terre trocii, fecit et firmavit dictis venditoribus instrumentum gracia redimendi dictum terre trocium infra novem annos proxime sequentes, quod possit redimire per restitutionem precii eiudem infra ipsum tempus, et sit vobis licitum et permisit dictum precium solvere integritur aut de quatuor in quatuor libris vel ultra dum vobis placuerit infra ipsum tempus, vere si dictum terre trocium fuerit sollavatum vel binatum habeatis solvere expensas racione dicte agriculture factas, si autem fuerit seminatum, ego valeam colligere expletum et fructus quod Deus dederit.

Testes^b, Anthonius Iacobi, de Moratonibus, et Iohannes Marti-na, faber, commorans cum Francisco Truyllols, fabro, ville Aqualate^c.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, proxime dicti.* c. *continua la següent nota al peu del document, Die mercuri, .XVIII. iunii, anno .M.CCCC.LXXXII^o., de voluntate dicti Francisci Giner et eius mandato fuit cancellata dicta vendicio, et quia vigore dicti*

instrumenti graciae fuit sibi restitutum dictum precium per dictum Petrum Canaletes, iuniorum; presentibus testibus Anthonius Roqueta, barberio, et Bartholomeus Ferrer, agricultor, dicte ville.

481

[1477, octubre, 18. Igualada]

Els esposos Pere Canaletes (senior) i Esperança, i els esposos Pere Canaletes (júnior) i Coloma, reconeixen la bona fe de Joan Canaletes, fill i germà respectiu, sobre la donació que li feren d'un tros de terra per raó del seu matrimoni, i volen que els drets corresponents al tros de terra els tingui íntegres malgrat que no s'hagi redimit.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 130r.

Item nos, dicti Petrus^a Canaletes, maior, et Sperancia^b, eius uxor, Petrus^c Canaletes, ipsorum coniugum filius, et Columba^d, eius uxor, gratis, agnoscentes bona fidem vobis, Iohanni Canaletes, filio et fratri nostro predicto, super donacione de eodem terre trocio tempore vestri matrimonio vobis facto, volumus ius super eadem terre trocium, in casu luycionis, vobis salvum remanere et illesum, dicta vendicione in aliquo non obstante; et si forsan, quod absit, dictum trocium non redimeretur, ius vobis super eodem terre trocii vobis pertinens pro valore eiusdem^e super aliis bonis vestris, vobis salvum esse et remanere. Promittentes non contrafacere *et cetera*. Et solvere missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligamus bona *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliques per indicar la ferma.*
b. *ídem.* c. *ídem.* d. *ídem.* e. *pro valore eiusdem, interlineat.*

482

1477, setembre, 24. Igualada

Bernat Miralles, ciutadà de Tortosa, d'una part, i de l'altra Pere Canaletes (senior) i Pere Canaletes (júnior), nomenen àrbitres Antoni Mateu, de la vila d'Igualada, i Gabriel Miravall, del

lloc de la Fatarella, sobre el deute de 38 lliures que té la primera part amb la segona, tant per la venda de bestiar, com sobre les despeses que li ha suposat al primer.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 130r.

Die mercurii, .XXIII. septembris.

Ego, Bernardus^a Miralles, civis Dartuse, ex una parte, et Petrus^b Canaletes, maior dierum, et Petrus Canaletes, eius filius, parte ex altera, gratis nos, dicte partes, compromittimus in vos, Anthonium Mathei, dicte^c ville Aqualate, et Gabrielem Miravall, loci de *la Fatarella*, castellanie Emposte, tanquam in arbitros arbitratores, laudatores et amicabile compositores, tam super stimacione certorum animalium per nos, dictum Petrum Canaletes, patrem, et eius filium, vobis, dicto Bernardo Miralles, insolutum debiti triginta octo librarum quod per nos vobis debetur ratione precii certi bestiaris, mediante securitate in presente scribania recepta *et cetera*, et super expensis inde per medium Bernardum Miralles facti, tam in presenti curia quam alii factis, pro exhigendum dictum debitum. Et super deppendentibus *et cetera*. Fiat in omnibus iuxta cursum cum pena .XV. libras *et cetera*. Et tempus hunch per totum diem crastinam.

Testes, Bartholomeus Çabata, manyanus, et Petrus Soler, cirurgicus dicte ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

b. *ídem.* c. dicte, *interlineat.*

483

[1477, setembre, 24. Igualada]

Pere Tria, mercader de la vila d'Igualada, en no poder pagar les 40 lliures que deu a Joan Quintana, de l'indret de la Llacuna, en concepte de la venda d'un bestiar, li fa donació de tots els drets que li pertanyen contra Ramon Millars, Pere Millars i Gispert Millars, mercaders de la predita vila, sobre aquelles 40 lliures que provenen d'un censal mort la pensió i el preu del qual, segons havien convingut, els hi pagarien el mes de setembre perquè pogués lluir-lo.


API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 130v.

[f. 130v] Ego, Petrus^a Tria, mercator ville Aqualate, gratis, insolutum illarum quadraginta librarum Barchinone quas debeo

vobis, Iohanni Quintana, loci de la Lecuna, racione precii bestiariis lane quod a vobis emi, habui et recepi, do, cedo et mando vobis, eidem Iohanni Quintana et vestris et quibus volueritis omnia iura omnesque acciones reales et personales, mixtas, utiles et directas *et cetera*, michi pertinencia et pertinentes adversus seu contra venerabiles Raymundum Millars, Petrum Millars et Gispertum Millars^b, mercatores dicte ville Aqualate, racione illarum^c quadraginta librarum eiusdem monete^d descenduntium ex precio cuiusdam censualis pensionis annue... solidorum et precii... librarum michi^e per illos venditi, et per pactum inter me et illos iurati et facti^f michi dare et solvere tenentur pro redempcione dicti censualis per totum presentem mensem septembris. Quibus iuribus *et cetera* possitis petere, exligere, recipere et habere. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Et quasvis exequciones *et cetera*. Et alia uti et experiri *et cetera*. Dicens et intimans tenore presentem *et cetera*. Promitens facere, habere *et cetera*, et tenebor de eviccione. Sich quod casu quo facta per vos legitima discussione in iudicio non poteritis habere dictam quantitatem, eo casu [ego]^g tenear illam vobis solvere et satisfacere *et cetera*, sine aliqua dilacione, et solvere missiones. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Filipus Valles, barbitonsor, et Marturianus Planes, parator, ville Aqualate^h.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliques per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, et illorum.* c. *segueix, cancel-lat, quadraginta.* d. *segueix, cancel-lat, michi dare et solvere te.* e. *segueix, cancel-lat, venditi.* f. *segueix, cancel-lada, una lletra.* g. *manca al manuscrit.* h. *continua la següent nota al peu del document, Die veneris, .III. octobris, anno predicto, dictus Iohanes Quintana confessus fuit Simoni Borraç, loci de Artesa [segueix, cancel-lat, licet dicta ces], ibidem presenti, quod licet dicta cessio sibi dicat et sit directa, est vere quod [segueix, cancel-lat, est] dicta quantitas est eiusdem Simoni Borraç. Cedens omnia iura, quibus iuribus et cetera. Dicens et cetera; presentibus testibus Gondissalvo de Fries et Anthonio Mathei, ville Aqualate. Continua la nota al marge esquerre, Postea, vero die veneris .XXVII. febroarii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o., dicti Simon Borraç et Iohannes Quintana restituerunt dictam cessionem dicto Petro Tria, ibidem presenti, et acceptandum plenitudine iurium suorum et cetera; presentibus testibus Gabriele Borraç et Bartholomeo Torrent, agricultoribus ville Aqualate.*



484

[1477, setembre, 24. Igualada]

Pere Ferrer, traginer, d'una part, i de l'altra Mateu Catarro, sabater de la vila d'Igualada, nomenen àrbitres per a tota qüestió que la segona part pugui moure contra la primera, per raó de diverses diferències que tingueren sobre uns comptes, i fan vàlid aquest compromís fins la propera festa de Sant Lluç.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 130v.

Ego, Petrus^a Ferrarii, traginerius, ex una parte, et Matheus Catarro, sutor ville Aqualate^b, ex altera parte, gratis^c, nos, dicte partes, compromitimus in vos, venerabilem Petrum Franquesa, mercatorem, et Anthonium Simon, sartorem, dicte ville, tanquam in arbitros arbitratores, laudatores et amicabile compositores *et cetera*, sub pena .L. solidos *et cetera*, super omni accione, questione, petitione et demanda quam ego, dictus Marchus Catarro, quovis nomine^d possim facere, proponere [et]^e movere contra vos, dictum Petrum Ferrarii, racione quarumcumque *compotis et cetera*, tam pro discreto Lucha Ferrarii quam eciam alia quibusvis racionibus. Et super excepcionibus *et cetera*. Et super deppendentibus *et cetera*. Promitens *et cetera*. Fiat iuxta cursum *et cetera*. Et tempus infra quod presens compromissus valeat terminari hunch ad festum sancti Luche proxime, quod tempus possit prorogari per tempus .X. dierum.

Testes, discretus Bartholomeus Puiggros, presbiter, et Anthonius Rovires, agricultor, ac Petrus Soler, traginerius, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, partibus.* c. *segueix, cancel-lat, dicte.* d. *quovis nomine, interlineat.* e. *manca al manuscrit.*

485

[1477, setembre, 24. Igualada]

Antoni Rosseta, paraire de draps de llana de la vila d'Igualada i curador dels béns de Bernat Queral, difunt, per a satisfer els creditors d'aquesta heretat, ven en encant públic a Joan Canaletes, fill de Pere Canaletes, un tros de terra que es troba

al lloc anomenat les Comes del Puigferrer, al terme del castell d'Òdena, i que és tingut pels hereus del difunt Joan Berenguer d'Argençola, senyor de Puigferrer, amb un cens de 2 sous, terç, domini i fadiga; el preu de la venda és de 16 lliures.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 131r.

[f. 131r] In^a Dei nomine. Ego, Anthonius^b Rosseta, parator pannorum lane ville Aqualate, curator per honorabiles baiulos ville Aqualate, datus, constitutus et assignatus bonis honorabilis Bernardi Queralt, quondam, iacentibus indefensis, omnia hereditas dicti venerabilis Bernardi Queralt et variis creditoribus in diversis quantitatis summis obligatis et obnoxia, et ob id pro solvendis et satisfacendis ipsis creditoribus *et cetera*, feci expone venale in encanto publico terre trocium dicte hereditatis subscriptum, per Iacobum Merquet, curritorem publicum dicte ville, idcirco previa legitima subastacione^c, agens in hiis cum auctoritate et decreto honorabilium baiulorum^d, vendo et ex causa vendicionis concedo vobis, Iohanni Canaletes, filio venerabilis Petri Canaletes, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totum illud terre trocium campum citum in termino castris Otine, loco vocato *les Comes del Puigferrer*, prout terminatur ab una parte cum camino generali qui tenditur de dicta villa Aqualate versus castrum Otine; ab alia parte cum terre trocio Marchi Calvet, dicti castris Otine quadam rasa mediante; ab alia parte cum terre trocio Guillermi Regadell, paratoris dicte ville; et ab alia parte cum terre trocio heredum Michaelis Vila, quondam, dicte ville. Et tenetur per heredes venerabilis Iohannis Berengarii de Argençola, quondam, domini domus Podii Ferrarii, ad censum duorum solidorum singulis annis solvendorum in festo Nathalis Domini, cum tercio, dominio et faticha. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*. Promitens tradere possessionem vel vos *et cetera*. Ego, enim, nomine *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Precium est sexdecim librarum Barchinone francharum et quitiarum ab omnibus censibus debitis impositionibus, terciis et aliis accessoris *et cetera*. Et ideo, renunciando *et cetera*, dono dicto nomine sciendum *et cetera*. Pro eviccionem autem dicte vendicionis obligo *cetera* bona dicte curie, bona autem mea propria pro hiis minime obligare volo. Confitens vobis quod ipsum terre trocium exponi venalem *et cetera*. Ad hec ego, dictus Iacobus Merquet, curritor publicus et iuratus dicte ville Aqualate, confiteor *et cetera*, quod ego subastari palam, et cum nullus

aparuerit emptor que tantum precium daret quam vos, dictus Iohannes Canaletes, qui obtulistis vos tantum in eodem dictas sexdecim libras, ideo vobis, tanquam plus dando^e, tradidi actam fischalem dictum^f terre trocium vobis tradendo.

Testes, Bartholomeus Çabata, manyanus, et Anthonius Rovires, olim loci de Villenove de Camino, habitatores ville Aqualate^g.

a. anotació al marge esquerre: Solvit dicti Iohannis Canaletes. b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* c. *segueix, cancel-lat*, precedente. d. *agens ... baiulorum, interlineat.* e. *segueix, cancel-lat*, predictum. f. *segueix, cancel-lat*, ven. g. *tot l'instrument ratllat amb una ratlla vertical.*

486

[1477, setembre, 24. Igualada]

Joan Canaletes, comprador del predit tros de terra, la seva esposa Violant, i Pere Canaletes, menor d'edat, de la vila d'Igualada, per a pagar-lo venen a Antoni Riu, Esteve Calandraix, i a Gaspar Poc, preveres i procuradors de la comunitat de preveres de l'església parroquial de Vilafranca del Penedès, un censal mort de 16 sous de pensió i un preu de 16 lliures, amb opció de lluir-lo, i per això obliga especialment aquest tros de terra.

API 307. JOAN ALAMANY, *Manuale scriptione publice*, f. 131r-131v.

Et ego, dictus Iohannes^a Canaletes, emptor, dicti terre trocii, Violans, eius uxor, et Petrus^b Canaletes, minor dierum, ville Aqualate, attendens me, dictum Iohannem Canaletes^c, emisse terre trocium supradictum precio dictarum sexdecim librarum Barchinonensium, attendens ad presens non habere peccunie quantitates quibus valeam satisfacere precium precontentum, et ob id fuisse conventum et concordatum inter nos et vos, venerabiles et discretos Anthonium Riu et Stefanus Calandrax, presbiteros, procuratores et actores comunitatis presbiterorum ecclesie parrochialis Ville Franche Penitensis^d, aut verius discreto Gaspari Poch, presbitero in eadem ecclesie beneficiato, pro ipso^e nomine dicte comunitatis recipientis et [f. 131v] stipulantis, ut pro currenti quantitate^f, faceremus vendicionem censualis mortui subscripti^g de sexdecim solidis Barchinone^h, solvendo a die presenti, qua hoc presens conficitur instrumentum ad unum annum primo et continue venturum, et in casu luycionis seu

redempcionis sexdecim librasⁱ dicte monete pro concurrenti quantitate precii eiusdem terre trocii, convenientes et promitentes vobis quod dictum censualem solvemus annis singulis dicto termino sive die dictam pensionem, francham et quitiam ab omnibus expensis, sub pena tercii acquirenda curie dictorum honorabilium baiulorum vel alterius curie, sub et cum penis, salariis et aliis accesoriis dicti censualis^j in instrumento dicti censualis contentis et expressatis, restantes ... libras precii dicti censualis vobis salvis remanentibus super aliis bonis et iuribus dicte curie et obligatorum^k in eodem censuali, presenti vendicione in aliquo non obstante. Et pro hiis complendis *et cetera* ego, dictus Iohannes Canaletes, emptor dicti terre trocii, obligo specialiter et expresse dictum terre trocium *et cetera*, quod pro vobis^l, nomine dicte comunitatis et nomine precario tenore confiteor, dans vobis licenciam in casu cessare solucionis *et cetera*. Et generaliter^m, omnes superius nominati obligamus vobis omnia et singula bona nostra et utrumque nostrum insolidum *et cetera*, mobilia et immobilia *et cetera*. Renunciamus beneficio novarum constitutionem *et cetera*, epistole divi Adriani *et cetera*. Spaciis *et cetera*. Feriis *et cetera*. Foro *et cetera*. Submitentes nos *et cetera*. Et dicta Yolande, de iuribus suis cerciorata doti et sponsalicio *et cetera*, et quia minor sum .XXV. annis *et cetera*. Et omnes omni iuri *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, venerabilis Petrus Almunia, mercator, Bartholomeus Çabata, manyanus, et Amator Fons, clericus, ville Aqualate. Sunt etiam testes firme dicteⁿ.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *ídem.* c. *segueix, cancel·lat, dictum.* d. *segueix, cancel·lat, ut pro continua.*
 e. *aut verius... ipso, interlineat.* f. *segueix, cancel·lat, assumeremus onus solvendi et suo casu.* g. *segueix, cancel·lat, et seu onus assumeremus solvendi annis singulis et suo casu luendi censualem mortuum subscriptum.* h. *segueix, cancel·lat, anno quolibet.* i. *segueix, cancel·lada, una lletra.* j. *segueix, cancel·lat, ut.* k. *segueix, cancel·lat, obligatorum.* l. *segueix, cancel·lat, et.* m. *segueix, cancel·lat, oblig.* n. *tot l'instrument ratllat amb una ratlla vertical.*

1477, octubre, 1. Igualada

Garcia Morigon, donzell, lloctinent del capità de la vila d'Igualada, en presència de Gonçal de Fries, col·lector i receptor de les

imposicions de la predita vila, li retreu l'ordre que aquest ha donat als carnisers de la vila de no entregar-li la lliura de carn que per concessió reial li ha estat consignada, i li lliura una carta segellada amb el segell reial, adreçada a ell, per protestar pels perjudicis causats per aquesta raó, a la qual cosa Gonçal de Fries respon que si li és possible li donarà la lliura de carn, com era usual, i al seu torn Garcia Morigon li demana que obeeixi l'ordre reial.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 131v-132r.

Noverint universi quod anno a Nativitate Domini .M^o.CCCC^o.LXXVII^o., die vero mercurii intitulata prima mensis octobris, presente et vocato me Petro Paulo Solanelles, notario publico subscripto, et presentibus, inquam, venerabilibus Iohanne Tenat et Petro Franquesa^a ac Anthonio Poncii, mercatoribus ville Aqualate, pro testibus ad hec vocatis pariter et assumptis honorabilis Garcias Morigon, domicellus, locumtenentis capitanei in dicta villa Aqualate, constitutus personaliter coram venerabili Gondissalvo de Fries, dicte ville collectore et receptore preciorum impositionum que colliguntur, in dicta villa Aqualate, pro serenissimo domino rege; in platea Nova [f. 132r] dicte ville Aqualate, personaliter invento, illum interrogando sibi dixit verbo per hec vel similia verba in effectu: *vós, Gonsalvo de Fries, haveu fet manament dels carnicers d'aquesta vila que no-m donen la lliura de la carn que per lo senyor rey me és consignada sobre la carniceria de Aguolada.* Et ilico dictus venerabilis Gondissalvus de Fries respondendo dixit per hec vel similia verba in effectu: *yo he fet manament als carnicers que no donen a vós la dita lliura de carn fins yo hage dat compte e rahó al racional segons m-és stat menat.* Et hiis verbis^b tam per dictum Garciam Morigon interrogando quam per dictum Gondissalvum de Fries respondendo, sich dictis et prolatis, ilico, dictus Garcias Morigon, in presencia mei dicti et subscripti notarii et testium predictorum, tradidit dicto Gondissalvo de Fries quandam litteram clausam sigillo regio sigillatam dictoque Gonssalvo de Fries directa, et accusando penas in ipsis litteris regiis contentas^c contra ipsum Gondissalvum de Fries, protestatus fuit contra illum de dampnis^d, missionibus, et expensis et interesse et aliis hunch protestari; et dictus venerabilis Gondissalvus de Fries, receptor et collector predictus, recepta dicta littera regiam cum illis quibus decet reverencia et honore dicte regie magestatis, obtulit se paratum, dato ipso

compoto si alique quantitates superaverunt ex preciis ipsarum impositionum^e, dare eidem Garcie Morigon dictam libram carniū dicti ipse quantitates suficierint, prout fuit factum usque in diem presentem. Et dictus Garcias Morigon requisivit eundem Gondissalvum de Fries, dicto nomine, quatenus ipsum restituat in suam^f possessionem prout sibi traditur in mandatis per dictam regiam magestatem. Alia protestatus fuit ut supra. Requirens idem venerabilem Garciam Morigon^g predicta omnia et singula^h per ordinem scribi et continuari, et sibi aut cuius intersit fieri et tradi unum et plura publica consimilia instrumenta per me, dictum et subscriptum notarium. Que fuerunt acta Aqualate, die, mense, anno et loco predictis, presente me, dicto et subscripto notario, etⁱ testibus precontentis ad premisa, ut dicitur^j, vocatus pariter et assumptis^k.

a. *segueix, cancel-lat*, mercatore. b. *segueix, cancel-lat*, dictis. c. *segueix, cancel-lat*, protestatus fuit. d. *dampnis, interlineat*. e. *segueix, cancel-lat*, debi. f. *suam, interlineat*. g. *idem... Morigon, interlineat*. h. *omnia et singula, interlineat*. i. *segueix, cancel-lat*, presentis inquam. j. *dicitur, interlineat*. k. *la resta del foli, en blanc*.

488

1477, octubre, 3. Igualada

Joan Martí, pagès de la vila d'Igualada, tutor i anteriorment curador dels fills i hereus del difunt Francesc Granell, administrador de l'almoina anomenada d'En Granell, dotada a la predita vila, estén àpoca a favor de Tomàs Carbonell, Pere Orriols i Antoni Puig-rodó, jurats de les universitats de Riber i Sedó, per la quantitat de 100 sous que foren entregats a l'esmentada almoina, tal com han de prestar cada any.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 132v.

[f. 132v] Sit omnibus notum quod ego, Iohannes^a Marti, agricultor ville Aqualate, tutor, ut assero^b, et suo tempore curator pupillorum filiorum et heredis Francisci Granell, quondam^c, administratoris elemosine vocate d'En Granell in dicta villa Aqualate dotate, confiteor et recognosco vobis, venerabili Thome^d Carbonell, Petro Orriols et Anthonio Puigrodon, iuratis^e universitatem locorum de Riber et de Sadahone, quod^f solvistis et tradidistis michi, voluntati mee^g, numerando^h dicti nomine

recipientiⁱ centum solidos Barchinone qui eidem elemosine solvendi fuerunt in festo Sancti Andree Apostoli proxime preteriti, ratione pensionis illius^j censualis mortui consimili peccunie quantitatis, quod universitates et singulares^k dictorum locorum de Riber et de Sedeo, et de elemosine et administratoribus eiusdem, faciunt et prestant, ac facere et prestare tenetur annis singulis consimili termino sive die. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis centum solidos, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, tercia die mensis^l octobris, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC^o.LXX. septimo. S+num Iohanni Marti, predicti, qui dicto nomine hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt venerabiles frater Petrus Aguilera, prior monasterii Sancti Augustini, et Petrus Claramunt, sutor, ville Aqualate^m.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *ut assero, interlineat.* c. *segueix, cancel-lat, manumissoris.* d. *segueix, cancel-lat, salvo.* e. *segueix, cancel-lat, loci.* f. *quod, interlineat.* g. *voluntati mee, interlineat.* h. *segueix, cancel-lat, ill.* i. *dicti nomine recipienti, interlineat.* j. *illius, interlineat.* k. *et singulares, interlineat.* l. *segueix, cancel-lat, sep.* m. *tot l'instrument, ratllat amb tres ratlles verticals.*

489

1477, octubre, 2. Igualada

Felip Vallès, barber de la vila d'Igualada, col·lector de la quèstia dels propietaris de terres del castell de Montbui que viuen a la vila d'Igualada, promet a Nicolau Giner i Miquel Mas, teixidors i procuradors d'aquests, que recollirà en concepte de la predita quèstia 15 lliures i les entregará a Joan de Montbui, castlà.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 132v.

Die iovis, .II. octobris, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

Ego, Filipus^a Valles, barbitonsor ville Aqualate, emptor seu collector^b questie terrastentium in termino castris de Montebovino habitantium in dicta ville Aqualate, gratis *et cetera*, per firmam et validam stipulacionem convenio et promitto Nicholao Giner et Michaeli Mas, textoribus, procuratoribus

ipsorum terrastinentium, quod colligam et plicabo ipsam questiam et solvam magnifico Iohanni de Montebovino, castlano dicti castri cum, ab et requisitus fuerit, quidecim libras Barchinone *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus [*et cetera*]^c. Obligo personam et bona suam *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Gispertus Millars et Gondissalvus de Fries, mercatores ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, terrastinentium.* c. *manca al manuscrit.*

490

[1477, octubre, 2. Igualada]

Joan Soler, barber de la vila d'Igualada, comprador o col·lector de la quèstia dels propietaris de terra al [terme del] castell d'Òdena i habitants a la predita vila, promet a Nicolau Giner i Bartomeu Colldesança, menestral, procuradors d'aquests, que recol·lectarà i pagarà per la quèstia al prior i frares de Sant Jeroni de la Murtra o al seu procurador allò que s'estipuli, retenint per a ell, en concepte de sou, 16 sous i 5 diners.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 132v-133r.

Ego, Iohannes^a Soler, barbitonsor ville Aqualate, emptor seu collector capibrevi questie terrastinentium^b in castro Otine, habitantium in ville Aqualate, gratis, per firmam et validam stipulacionem convenio et promito vobis, Nicholao Giner et Bartholomeo Colldesança, fabro, procuratoribus dictorum terrastinentium, quod colligam et plicabo ipsam questiam [*f. 133r*] et solvam reverendis et fratribus beati Geronimi et conventus eiusdem monasterii de la Murta, seu eorum venerabilis procuratori, id quod procedet ex dicta questia et seu ad quod venit ad solvendum ipsis terrastinentibus ilico cum fuere requisitus, retentis michi .XVI. solidos, .V. denarios pro meo salario *et cetera*. Sine dilacione [*et cetera*]^c. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et ut cautum sit de premissis dono vobis fideiussionem *et cetera*. Et pro hiis nos, dicti principalis et fideiussoris obligamus personas et bona nostra et utrumque nostrum insolidum. Renunciamus beneficio novarum constitu-

cionem et cetera. Spaciis et cetera. Feriis et cetera. Foro et cetera. Submitentes et cetera. Et omni iuri et cetera. Et iuramus et cetera^d.
 Testes, Petrus Almunia et Gondissalvus de Fries, dicte ville^e.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, ville Aqualate.* c. *manca al manuscrit.* d. *segueix un espai en blanc corresponent a tres línies.* e. *tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals; continua la següent nota al peu del document, Die sabati [segueix, cancel·lat, .XV.], .X. ianuarii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o., de voluntate et mandato Nicholai Giner, procuratoris memorati, fuit cancellata dicta securitas, eo quia omni plenarie et integre satisfactum per dictum Iohannem Soler in quantitatem per ipsum solvi contingente racione dicte questie; presentibus testibus Iohanne Tenat, fabro, et Petro Canaletes, minore dierum, dicte ville Aqualate.*

491

1477, octubre, 5. Igualada

Francesc Giner, pagès de la vila d'Igualada, constitueix procurador seu Marc Estany, sabater de la mateixa vila, perquè cobri 4 florins d'or, 13 sous i 6 diners que Joan Sala, pagès, també d'Igualada, li ha de pagar per una mula que aquest li comprà.

API 307. JOAN ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 133r.

Die dominica, .V. octobris.

Ego, Franciscus^a Giner, agricultor ville Aqualate, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Marchum Stany, sutorem ville Aqualate, presentem, procuratorem meum certum et specialem *et cetera*, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum pro me et nomine meo a Iohannes Sala, agricultore dicte ville^b, quatuor florenos auri et .XIII. solidos, .VI. denarios Barchinone quos, salvo iure compoti^c, michi debet racione reste precii unius mule quam sibi vendidi mediante quodam publico instrumento *et cetera*. De recepto apocham vel apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Precarium revocandum *et cetera*. Et ad lites largo modo cum potestate substituendi *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes, Gispertus Millars, mercator, et Franciscus Sala, apothecarius, ville predictae.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, illos.* c. *salvo iure compoti, interlineat.*

492

1477, octubre, 10. Igualada

Gabriel Guarro, del mas Guarro, al terme del castell d'Òdena, reconeix deure i promet pagar a Pere Franquesa, mercader de la vila d'Igualada, 7 lliures i 14 sous, preu de la compra de set quarteres de forment de llavor, i per això obliga expressament l'esplet del mateix forment.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 133v.

[f. 133v] Die veneris, .X. octobris, anno predicto.

Ego, Gabriel^a Guarro, mansi Guarro, termini castri Otine, gratis *et cetera*, confiteor et recognosco vobis, Petro Franquesa, mercatori ville Aqualate, hiis presenti, quod debeo vobis septem libras et quatordecim solidos Barchinone, racione precii septem quarteriam frumenti ad forum viginti duorum solidorum pro quarteria, ad opus de *levor* pro seminando in terris et proprietatibus suis. Et ideo, renunciando *et cetera*. Solvere promito *et cetera*, sub pena tercii *et cetera*, et hunch ad festum sanctorum Petri i Felicis proxime *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Cum salario procuratoris quinque solidorum *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo specialiter et expresse expletum ex dicto blado^b proveniens *et cetera*. Datis vobis licenciam *et cetera*. Et generaliter omnia bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Iacobus Bosquet, mansi *Conill*, termini dicti castri Otine, et Petrus Tria, mercator ville Aqualate.

a. al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.
b. segueixen, cancel·lades, tres lletres.

493

1477, octubre, 10. Igualada

El predit Gabriel Guarro reconeix al predit Pere Franquesa que, en virtut de la concòrdia feta entre ambdós, li deu trenta-sis quarteres de forment, mesura de la vila d'Igualada, tant per a conreu com per qualsevol altre ús, i promet que les hi tornarà en tres pagaments de dotze quarteres cadascuna en els propers tres anys, fets sempre en les festes de Sant Pere i Sant Feliu.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f.133v.

Item, cum alio instrumento ego, dictus Gabriel Guarro, confiteor et recognosco vobis, dicto Petro^a Franquesa, quod facta inter me et vos concordie et avinencia^b, debeo vobis triginta sex quarterias frumenti mundi et receptabilis ad reciam mensuram ville Aqualate, pro quocumque iure, vobis aut venerabili et discreto Iohanni Franquesa pertinenti super dicto^c manso et proprietatibus vestris, tam ratione agriculture quam eciam alia. Et ideo, renunciando *et cetera*, solvere promito pro soluciones sequentes, videlicet, in festo sanctorum Petri et Felicis proxime venienti duodecim quarterias frumenti; et in alio ex post sequenti festo alia .XII. quarterias dicti frumenti; et in alio ex post sequenti festo dictorum sanctorum Petri et Felicis alias duodecim quarterias dicti frumenti *et cetera*, sub pena tercii et sine dilacione *et cetera*. Cum salario procuratoris .V. solidos. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo specialiter et expresse spleta venientia in dicto manso et eius terris. Dans vobis^d et generaliter omnia bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *segueix, cancel-lat*, Millars. b. facta ... avinencia, *interlineat*. c. dicto, *interlineat*. d. Dans vobis, *interlineat*.

494

1477, octubre, 12. Igualada

Pere Paloma, del lloc de Vilanova del Camí, reconeix a Nicolau Puiggròs i a Joan Manresa, paraires de draps de llana de la vila d'Igualada, tenir en comanda-dipòsit 52 sous, i promet retornar-los immediatament que en sigui requerit; signa també l'època de la recepció de la quantitat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 133v.

Die dominica, .XII. dictorum mensis et anni.

Ego, Petrus^a Paloma, loci Villenove de Camino, confiteor et recognosco vobis, Nicholao Puiggròs et Iohanni Manresa, paratoribus pannorum lane ville Aqualate, presentis, quod habui et recepi a vobis, ac teneo in vestra comanda, puro et plano deposito, quiquaginta duos solidos Barchinone. Et ideo, renunciando *et cetera*, convenio et promito restituere et tornare dictam

comandam incontinenti cum a vobis fuero requisitus, sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo personam et bona mea *et cetera*. Hec igitur *et cetera*.

Testes, Iohannes Poncii, mercator, et Petrus Colldesaça, faber, ville Aqualate.

Item, dictus Petrus Paloma firmavit apocham de recepto de dictis .LII. solidis dicte comande.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

495

1477, octubre, 14. Igualada

Gonçal Calvo, notari de Saragossa i procurador de Ferran (V), rei de Castella i primogènit d'Aragó, compareix personalment davant Joan Manresa, batlle de la vila d'Igualada pel monestir de Sant Cugat del Vallès, davant de diversos testimonis i Pere Pau Solanelles, notari de la mateixa vila, i els lliura una carta del rei de Castella.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 134r.

[f. 134r] Die martis, .XIII. octobris, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

Die^a et anno predictis, presente et vocato me, Petro Paulo Solanelles, notario publico subscripto, et presentibus, inquam, pro testibus Andrea Maig, presbitero, habitatore, Petro Almunia, mercatore, ville Aqualate, et Nicholao Iacobi, loci Villenove de Camino, termini castri Clarimontis, ad hec vocatis pariter et assumptis venerabilis et discretus Gondissalvus Calvo, notarius civitatis Sesurauguste [*sic*], procurator illustrissimi domini domini [*sic*] Ferdinandi, regis Castelle et primogeniti Aragonium, et ut procurator substitutus nobilis domini Geraldi Despes, procuratoris principalis eiusdem domini regis, ut fuit assertus *et cetera*, constitutus personaliter coram honorabili Iohannes Manresa, baiulo eiusdem ville pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis, altero baiulo eiusdem vile pro domino rege ab hiis absente, obtulit et presentavit eidem quandam patentem papiream litteram dicti^b illustrissimi domini regis^c Castelle super senis emanatam. Datus cuius fuit in nobili civitate de Victoria, .XXII. die mensis iunii, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC^o.LXXVI^o.^d

Testes.

a. *escrit al marge esquerre, est totum largo modo in libro universitatis.* b. *dicti, interlineat.* c. *segueix, cancel-lat, aragonium.* d. *segueix un espai en blanc corresponent a unes 20 línies.*

496

1477, octubre, 17. Igualada

Jaume Vidal, com a hereu del difunt Antoni Ferrer, sabater, ambdós de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor d'Antoni Mateu, de la mateixa vila, d'haver rebut els instruments de la venda dels següents censals, la suma del preu dels quals puja 300 sous: 100 sous en concepte d'un censal mort de 7 sous i 2 diners de pensió que els esposos Pericó Sala, fuster, i Elisenda, de la predita vila, vengueren, el 9 d'abril de 1397, a Antoni Ferrer, per tal de pagar la compra d'un tros de terra; 100 sous més per la venda d'un censal mort de 7 sous i 4 diners de pensió que els mateixos esposos li feren l'1 de juliol de 1397; 100 sous més per la venda que féu Ramon Mateu, sastre de Santa Coloma de Montbui, a Joan Ferrer, fill del predit Antoni, d'un censal mort de 7 sous i 2 diners de pensió, del 3 de setembre de 1415; aleshores Jaume Vidal féu donació a Antoni Mateu de tots aquests censals, juntament amb totes les pensions endarrerides i la prorrata dels censals, per així completar aquelles 45 lliures, preu d'un tros de terra prop dels Femers de Soldevila, al terme de la vila d'Igualada, que comprà a Antonia, vídua de Pere Paloma, de la mateixa vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 134v-135r.

[f. 134v] Die veneris, .XVII. octobris, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

Sit omnibus notum quod ego, Iacobus Vitalis^a, ville Aqualate, heres universalis in certo casu qui locum habuit Anthonii Ferrarii, sutoris, quondam, dicte^b ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, Anthonii Mathei, ville predictae^c, quod de precio terre trocii subscripti per vos empti^d, quod restituistis, solvistis et tradidistis michi, ex una parte, illos centum solidos monete Barchinone de terno, pro quibus seu quorum precio Periconus Sala, fusterius, et Elicsendis^e, eius uxor, dicte ville Aqualate, vendicione fecerunt dicto Anthonio Ferrarii, sutori^f, et suis et quibus ipse vellet, perpetuo, de septem solidis et duobus denariis dicte monete

censualibus sive de censuali mortuo, solvendis anno quolibet nona die mensis aprilis, prout de ipsa vendicione in qua^g intervenit fideiussor et nomine fideiussorio obligatus Periconus Pinyol, dicte ville, constat quodam publico instrumento acto^h nona die aprilis, anno a Nativitate Domini millesimo .CCC^o. nonagesimo septimo clausoque per discretum Franciscum Rovires, notarium publicum Aqualate pro venerabiliⁱ Bonanato Manyosa, rectore et notario publico eiusdem; restituistis eciam et^j ex alia parte solvistis et tradidistis michi, dicto Iacobo Vitalis, heredi predicto, et ego ad manus meas habui et recepi illos centum solidos dicte monete pro quibus seu quorum precio^k dicti Petrus Sala [*sic*] et Elicsendis, eius uxor, vendicionem fecerunt dicto Anthonio Ferrarii, et suis et quibus ipse vellet, perpetuo, de septem solidis et quatuor denariis sepe dicte monete censualibus sive de censuali mortuo solvendis anno quolibet prima die mensis iulii, prout de ipsa vendicione in qua intervenerunt fideiussores et nomine fideiussorio obligati dictus Petrus Pinyol et domina Cilia, eius uxor^l, constat quodam alio publico instrumento inde facto et acto prima die mensis iulii, anno^m proxime dicto .M.CCC^o. nonagesimo septimo, clauso per dictum discretum Franciscum Rovires, notarium publicum dicte ville Aqualate pro domino venerabili Bernat Manyosa, rectore et notario publico eiusdem; item, eciam restituistis, solvistis et tradidistis michi, eidem Iacobo Vitalisⁿ, herede predicto^o, et ego ad manus meas habui et recepi illos centum solidos eiusdem monete, pro quibus seu quarum precio Raymundus Mathei, sartor loci de Sancte Columbe, termini castri de *Muntbuy*, vendicionem fecit^p Iohanni Ferrarii, filio dicti Anthonii Ferrarii^q, et suis et quibus ipsi vellet, perpetuo, de septem solidis et duobus denariis dicte monete censualibus, annualibus et rendalibus, anno quolibet solvendis in festo sancte Tecele, prout de ipsa vendicione in qua intervenerunt fideiussores et nomine fideiussorio obligati Arnaldus Santacana, dicte loci Sancte Columbe, Iacobus Fullo, termini eiusdem castri de *Muntbuy*^r, Periconus Pinyol et Iohannes Roig, sutor dicte ville Aqualate, constat quodam publico instrumento inde facto et acto Aqualate, vicesima tertia die mensis septembris, anno a Nativitate Domini .M^o.CCCC. quintodecimo clausoque per discretum Iohannem Terrago, habitatorem dicte ville Aqualate, auctoritate regia notarium publicum per totam terram et dominacionem illustrissimi principis dominis regis Aragonum. Quequidem instrumenta vendicionem dictorum censualium, vobis sincera et

incorrupta, in presencia notarium et testium subscriptorum, restituo atque torno^s, de quibus siquidem censualibus et^t de aliis eciam^u censualibus mortis^v exsoluendis pariter et redimendis vos, dictus Anthonius Mathei, onus in vos recipistis^w solum usque^x ad complementum^y illarum quadraginta quinque librarum ex et de precio illius terre trocii citi in termino dicte ville Aqualate, apud et satis prope *Los fomers de Soldevila*^z, quod vos, eidem Anthonius Mathei, emistis a domina Anthonia, uxore Petri Paloma, quondam, maioris dierum dicte ville^{aa}, ut tenent et possident omnia et singula bona dicti viri sui, pro dote et sponsalicio et aliis iuribus suis, quoque antiquitus fuit dicti Petri Pinyol, prout de ipsa^{ab} empcione plene constat instrumento inde recepto in scribania publica dicte ville, secunda die mensis madii proxime devoluti^{ac}; de onere dicatorum per vos, dictum Anthonium Mathei, suscepto de solvende^{ad} ipsa et alia censualia pariter et suo casu^{ae} redimendo, constat quodam alio instrumento inde^{af} in [*sic*] dicta^{ag} scribania publica dicte ville recepto proxime dicto^{ah} secunda die mensis madii proxime devoluti, ut in ipsis instrumentis hec^{ai} clare possunt videre. Solvistis eciam michi^{aj} totum id quod^{ak} debebatur [*f. 135r*] tam^{al} pensionibus debitis quam pro prorata pensionum currentium dicatorum censualium usque in hunc presentem diem. Et ideo, renunciando excepcioni peccunie non numerate, non habite et non recepte, et dolo malo ac infactum accioni et omni alii iuri hiis obvianti, facio vobis dicto Anthonio Mathei, de predictis precii sive^{am} proprietatibus dicatorum trium censualium que summa capiunt .CCC.orum solidorum, et de pensionibus et prorata eorum usque in presentem diem, fiant perpetuum ac presentem apocham de soluto pactumque de ulterius non petendo et de non agendo solempni vallatum stipulacione. Et quia predicti trecenti solidi qui fuerunt et sunt precia dicatorum trium censualium fuerunt per vos^{an} michi restituti, et exsolvi de precio dicti terre trocii per vos^{ao}, ut predicatur, empti^{ap}. Et propterea, ante solucionem et in actu solucionis predictorum^{aq} fuit^{ar} conventum et in parte deductum inter me, ex una parte, et vos, dictum Anthonium Mathei, parte ex altera^{as}, quatenus ad tuendum dictum terre trocium per vos, ut predicatur, emptum in casu eviccionis eiusdem facere vobis et vestris cessionem subscriptam, quo circa sine eviccionem, periculo, dampno, preiudicio et obligacione mei et bonorum meorum do, cedo, mando atque transfero vobis^{at} et vestris et quibus velitis omnia et singula bona et iura omnesque voces, vices et acciones reales et personales,

mixtas, utiles et directas, ordinarias et extra ordinarias et alis quascumque, pro michi quibusvis iuribus, pertinencia et pertinentes ac pertinere debencia et debentes racione, vel occasione seu pretexto iam dictorum censualium seu alterius eorum et quorumvis in instrumentis vendicionum ipsorum censualium superius tactis^{au} conventorum, ita quod vos, dictus Anthonius Mathei, et vestris habeatis illam prioritatem temporis et iuris pocioritatem vigore presentis iurium cessionis^{av}, tam super dicto terre trocio per vos, ut premititur, empto quam super omnibus et singulis aliis bonis et iuribus venditorum dictorum censualium, et fideiussorum in eisdem datorum et aliarum quarumvis personarum, ad prestacionem dictorum censualium quomodolibet obnoxiarum seu obligatarum contra, videlicet, quoscumque alios creditores dictorum Petri Paloma et^{aw} Petri Pinyol et^{ax} alias quascumque personas et res. Quibus locis, iuribus, vocibus, vicibus et accionibus supradictis vos, dictus Anthonius Mathei, et vestris et quos eciam volueritis, possitis et possint, in dicto casu eviccionis iamdicti terre trocii et non alia, uti et experiri agendo, scilicet, defendendo, excipiendo, proponendo, respondendo^{ay}, replicando, triplicando et ultra dictumque terre trocium tuendo et defendendo, et quoscumque alios creditores dictorum Petri Paloma, Petri Pinyol eorum^{az} in dictis censualibus obligatorum preferendo ac seu dictos trecentos solidos qui fuerunt et sunt precia^{ba} ipsorum censualium petendo, exhigendo, recipiendo et habendo et inde apochas, fines et definiciones, et iurium eciam cessiones faciendo et firmando. Et omnia alia faciendo in iudicio et extra iudicium, quecumque et quemadmodum ego facere possem si huiusmodi apocham et iurium eciam cessionem vobis fecisse. Ego, enim, facio et constituo vos^{bb} et vestros supradictis, omnibus et singulis in dicto casu eviccionis et non alteri, verum dominum et procuratorem, ac veros dominos et procuratores in rem vestram propriam^{bc}, ad faciendum inde vestra omnimodas voluntates sine aliquo impedimento et contradiccione mei et meorum. Et alterius cuicumque insuper convenio et bona fide promito vobis, in manu et posse notarii subscripti pro vobis et vestris^{bd} stipulantis et recipientis^{be}, quod presentem cessionem et alia predicta omnia et singula semper ratam, gratam, validam atque firmam, ac grata, grata et firma^{bf} habebo, tenebo et servabo, et in aliquo non contrafaciam vel veniam iure aliqua causa vel eciam racione. Actum est hoc Aqualate, decima septima die^{bg} mensis octobris, anno a Nativitate

Domini .M°.CCCC. septuagesimo septimo. S+num Iacobi Vitalis, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Petrus Canaletes, maior dierum, Gondissalvus de Fries et Anthonius Ferriol, dicte^{bh} ville Aqualate^{bi}.

a. *segueix, cancel·lada, una lletra.* b. *dicte, interlineat.* c. *segueix, cancel·lat, Aqualate.* d. *de precio... empti, interlineat.* e. *Elicsendis, interlineat al damunt de Eulalia, cancel·lat.* f. *segueix, cancel·lat, dicte ville Aqualate.* g. *segueix, cancel·lat, in qua.* h. *segueix, cancel·lat, in.* i. *segueix, cancel·lat, Bernardi Mercerii.* j. *et, interlineat.* k. *segueix, cancel·lat, ego.* l. *segueix, cancel·lat, interverent.* m. *segueix, cancel·lat, a Nativitate Domini .M.* n. *segueix, interlineat i cancel·lat, tanquam.* o. *herede predicto, interlineat al damunt de heredi Iohannis Ferrarii, filii dicti Anthonii Ferrarii, cancel·lat.* p. *segueix, cancel·lat, dicto.* q. *filio... Ferrarii, interlineat.* r. *segueix, cancel·lat, Periconus.* s. *quequidem instrumento... torno, escrit al marge esquerre mitjançant un reclam.* t. *segueix, cancel·lat, se.* u. *aliis eciam, interlineat.* v. *segueix, cancel·lat, ad que.* w. *segueix, cancel·lat, in.* x. *usque, interlineat; segueixen, cancel·lades, dues lletres.* y. *segueix, cancel·lat, usque ad quantitatis.* z. *segueix, cancel·lat i interlineat, quod antiquitus fuit dicti Petri Pinyol.* aa. *segueix, cancel·lat, Aqualate.* ab. *quoque antiquitus... ipsa, interlineat.* ac. *empcione plene... devoluti, escrit al marge esquerre mitjançant un reclam.* ad. *segueix, cancel·lat, ipsam et aliis censualibus pariter ad redimendo.* ae. *suo casu, interlineat.* af. *segueix, cancel·lat, recepto in posse notarii subscripti et.* ag. *dicta, interlineat.* ah. *recepto proxime dicto, interlineat al damunt de continuato sub kalendario de, cancel·lat.* ai. *hec, interlineat.* aj. *segueix, cancel·lat, dicto Iacobo Vitalis.* ak. *quod, interlineat.* al. *segueix, cancel·lat, prorata pro.* am. *preciis sive, interlineat.* an. *segueix, cancel·lat, dictum Anthonium Mathei.* ao. *segueix, cancel·lat, empti.* ap. *empti, interlineat; segueix, cancel·lat, dicta domina Iohanna, uxor Anthonia, uxor dicti Petri Paloma.* aq. *segueix, cancel·lat, trecentorum solidorum.* ar. *fuit, sobreescrit al damunt de fuerunt.* as. *parte ex altera, interlineat.* at. *segueix, cancel·lat, dicto Anthonio Mathei.* au. *lectura dubtosa.* av. *ita quod vos... cessionis, interlineat.* aw. *et, interlineat.* ax. *segueix, cancel·lat, contra eciam.* ay. *respondendo, interlineat.* az. *eorum, interlineat al damunt de aliquorum cancel·lat.* ba. *segueix, cancel·lat, preciorum.* bb. *segueix, cancel·lat, dictum Anthonium Mathei.* bc. *segueix, cancel·lat, vosque.* bd. *et vestris, interlineat.* be. *in manu et... recipientis, interlineat.* bf. *ac grat... firma, interlineat.* bg. *die, interlineat.* bh. *dicte, interlineat.* bi. *tot l'instrument, ratllat amb una ratlla vertical.*

1477, octubre, 17. Igualada

Bartomeu Puiggròs, vicari, i Pere Agustí de Coll, prevere i beneficiat a l'església parroquial de Santa Maria d'Igualada, en nom de la comunitat de preveres, estenen àpoca a favor d'Antoni

Mateu, de la vila d'Igualada, per tal com han rebut els 100 sous (50 per a cadascun), que són el preu de la venda que aquest féu a Antoni Almúnia, aleshores procurador de la predita comunitat, d'un censal mort de 5 sous de pensió, segons consta en instrument amb data del 7 de novembre de 1465, pel qual aquest censal queda anul·lat; també ha pagat tot el que devia de les pensions i la prorrata del censal fins al dia present.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 135v.

[f. 135v] Sit omnibus notum quod nos, Bartholomeus Puiggros, vicarius, et Petrus Augustinus de Colle, presbiter beneficiatusque in ecclesia parrochiali Beate Marie ville Aqualate, in absentia aliorum presbiterorum beneficiatorum in ecclesia eadem comunitatem facientes et representantes, confitemur et recognoscimus vobis, Anthonio Mathei, dicte ville Aqualate, quod solvistis, restituistis et tradidistis nobis numerando illos centum solidos^a, videlicet, unicumque nostrum quinquaginta solidos monete Barchinone de terno, pro quibus seu quarum precio vos, dictus Anthonius Mathei, vendicionem fecistis discreto Anthonio Almunia, tunch procuratori dicte venerabilis comunitate presbiterorum dicte ville, ementi de voluntate^b presbiterorum tunch^c comunitati eiusdem^d, de quinque solidos dicte monete censualibus sive de censuali mortuo annualibus, rendalibus et perpetualibus solvendis anno quolibet septima die mensis novembris, prout de ipsa vendicione plene constat instrumento inde recepto in posse notarii tunch regentis scribaniam publicam dicte ville Aqualate, septima die mensis novembris, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC. sexagesimo quinto; quodquidem instrumento cum apocha precii eiusdem, si in sui figura reperiri poterit, volumus vobis sincera et incorrupta^e reddi et restitui volensque ipsum instrumentum pariter et apocham predictam^f quod et quam in sui notula iubemus et mandamus nomine dicte comunitatis ad solam presentis exhibicionem cancellari et annullari, et abinde carere vicibus et effectu, ita quod nobis, dicto nomine, ac discretis rectori et beneficiatis ecclesie predictae prodesse, nec vobis vel vestris ne aliis in dicto censuali obnoxiiis seu obligatis, in aliquo obesse seu nocere possint. Solvistis eciam nobis, nomine eiusdem comunitatis, totum id quod debetur de pensionibus dicti censualis et prorata eisdem usque in presentem diem. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute^g ac non recepte peccunie, et doli mali

in testimonium premissorum de predictis centum solidis que sunt precium dicti censualis, et de toto eo quod debebatur de pensionibus ipsius censualis usque in presentem diem, finem perpetuum ac presentem apocham de soluto, necnon absolucionem, difinicionem et remissionem ac relexacionem perpetuam de predicto censuali et eius precio sive proprietate, et de penis, salariis, missionibus et expensis et omnibus et singulis aliis in instrumento vendicionis ipsius censualis superius toto contentis et enarratis cum pacto, videlicet, de ulterius non petendo et de non agendo^h, solempni stipulacione vallato in manu et posse notarii subscripti tanquam publice persone, pro vobis et vestris et omnibus eciam illis quarum interest et intererit recipientis, et paciscentis ac eciam legitime stipulantis. Actum est hoc Aqualate, decima septima die mensis octobris, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC. septuagesimo septimo. S+num Bartholomei Puiggros, vicarii, et Petri Augustini de Colleⁱ, presbiterorum beneficiatorum predictorum qui dicto nomine^j hec laudamus et firmamus.

Testes huius rei sunt venerabiles Anthonius Magarola, domicellus Barchinone, et Iacobus Miro, parator pannorum lane ville Aqualate.^k

a. centum solidos, *interlineat al damunt de quinque libras, cancel-lat.*
 b. *segueix, cancel-lat, tunch.* c. tunch, *interlineat al damunt de dicte ville, cancel-lat.* d. eiusdem, *interlineat al damunt de dicte ecclesie, cancel-lat.* e. *segueix, cancel-lat, vobis.* f. *segueix, cancel-lat, eandem.* g. *segueix, cancel-lat, peccunie.* h. *segueix, cancel-lat, vallatum.* i. de Colle, *interlineat.* j. dicto nomine, *interlineat.* k. *tot l'instrument, ratllat amb tres ratlles verticals.*

498

1477, octubre, 20. Igualada

Damià de Rajadell, donzell, senyor del castell de Jorba, en no poder retornar el préstec bono amore de 25 lliures que li féu Antoni Ponç, mercader de la vila d'Igualada, li dóna tots els drets que li pertanyen contra els jurats, pròcers i singulars del terme del castell de Jorba.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 136r.

[f. 136r] Die lune, .XX. octobris, anno predicto.

Ego, Damianus^a de Regadell, domicellus, dominus Castri de Iorba, insolutum consimilis peccunie quantitatis quam debeo

vobis, Anthonio Poncii, mercatori ville Aqualate, presenti, racione mutui per vos michi gratis et bono amore facti, do, cedo et mando vobis, eidem Anthonio Poncii, omnia iura omnesque acciones michi pertinencia et pertinentes adversus seu contra iuratos, proceres et^b singulares termini dicti castri de Iorba^c, racione illarum viginti librarum quas michi dare et solvere tenetur racione questia *et cetera* in festo Omnium Sanctorum proxime venturum *et cetera*. Quibus iuribus possitis petere *et cetera*. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Dicens et intimans *et cetera*. Promitens presentem cessionem ratam habere et non revocare *et cetera* aliqua racione sive causa, sive cum eviccionem. Et obligo bonorum meorum *et cetera*.

Testes, venerabiles Petrus Almunia, mercator, et Petrus Aguilera, textor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliques per indicar la ferma.*
b. *proceres et, escrit al marge esquerre.* c. *de Iorba, interlineat.*

499

1477, octubre, 22. Igualada

Joan Canaletes, de la vila d'Igualada, col·lector de les rendes i censos del monestir de Sant Cugat del Vallès al terme de la vila, constitueix procurador seu Joan Soler, barber, perquè cobri diversos deutes que sumen 17 lliures, 4 sous i 10 diners, per raó d'aquests censos, tal com consta en un capbreu; Joan Soler accepta la procura i promet cobrar les quantitats amb diligència.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 136r.

Die mercurii, .XXII. octobris, anno predicto.

Ego, Iohannes^a Canaletes, ville Aqualate, collector seu arrendator redditum et censuum monasterii Sancti Cucufatis Vallensis que colliguntur in dicta ville et terminis^b, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Iohannem Soler, barbitonsorem dicte ville, presentem, et onus huiusmodi in vos sponte suscipientem, procuratorem^c meum certum et specialem, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum, pro me et nomine meo^d, illas peccunie quantitates que summam de [*sic*] decem [*sic*] septem librarum, .IIII. solidorum, .X. denariorum

ascendant que sunt scripte et continueate in quodam capibrevio sive memoriali^e per diversas personas debitas^f racione dictorum censuum^g, quod quidem memorialem sive capibrevium vobis de presenti trado. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequciones compulsiones^h *et cetera*. Et pro premissis *et cetera*. In quibuscumque curiis *et cetera*, et coram quibusvis officialibus *et cetera*. Et ad lites largo modo *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*, et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum et dicte uxor mee omnium obligo *et cetera*. Et ego, dictus Iohannesⁱ Soler, procurator superius constitutus *et cetera*, acceptans onus dicte procuracionis, convenio et promito vobis quod dabo curam^j et diligenciam in colligendo quantitates in dicto capibrevio contentas, et dabo vobis comptum et racionem de receptis *et cetera*. Et deliberabo in manu posse vestris, cum a vobis fuero requisitus, sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Anthonius Simon, sutor, Bernardus Venrell, mercator, et Filipus Valles, barberius, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. collector... terminis, *interlineat al damunt de maritus Violantis, filie Micaelis Vila, quondam, mercatoris dicte vile*. c. *segueix, cancel·lat, meum et dicte uxoris*. d. *segueix, cancel·lat, et dicte uxoris mee*. e. *segueix, cancel·lat, contentas et*. f. *segueix, cancel·lat, tam*. g. dictorum censuum, *interlineat; segueix, cancel·lat, pensionum censualium mortuorum quam aliis eciam quibusvis racionibus, iuribus, titulis sive causis*. Et inde apocham vel apochas. h. *segueix, cancel·lat, retroclamas et cetera*. Salarium vestrum cotidianum de quo protestare possitis, penas accusandum. i. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. j. curam, *lectura dubtosa*.

500

[1477, octubre, 22. Igualada]

Fra Pere Aguilera, prior del monestir de Sant Agustí, de la vila d'Igualada, amb consentiment de fra Vicenç Girona, mestre en teologia i prior provincial d'Aragó i Catalunya, ven a Antoni Simó, sabater de la mateixa vila, una eixida o pati de terra que es troba al rafal superior de la vila pel preu de 20 sous; aquesta eixida és tinguda pels senyors de la vila amb un cens d'1 òbol, i pel mateix comprador amb un cens de 2 diners; els venedors signen l'època corresponent.

[f. 136v] In Dei nomine. Ego, frater Petrus^a Aguilera, prior monasterii Sancti Augustini, infra terminos Aqualate constructi, agens in hiis cum interventu et fama^b fratres conventualium dicti monasterii inferius firmantium et consententium, et cum auctoritate et decreto reverendi fratris Vincencii Gerona, magistri in Sacra Pagina, prioris provincialis totus provincie Aragonie et Cathalonie, gratis et ex certa sciencia, nomine dictus conventus et monasterii^c et sucesorem in eodem, vendo et ex causa vendicionis concedo vobis, Anthonio Simon, sutori dicte ville Aqualate, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totam illam exitam sive patium terre constructum in rafali superiori dicte ville, quem^d, titulo legati per dominam Iohannam, uxor Petri Sala, quondam, fusterii, facte, cuiusdam fratri dicti monasterii, eidem monasterio pertinet et spectat. Prout terminatur ab una parte cum quodam patio sive exita heredum Petri Palagri, quondam, corderii dicte ville; ab alia parte cum vico sive camino publico; ab alia parte cum exita domine Sancie, uxor Iohannis Vall, quondam; et ab alia parte cum valle veteri dicti rafali. Et tenetur per dominos dicte ville, ad censum oboli; et tenetur eciam per vos, dictum emptorem, ad censum duorum denariorum^e, ut hec instrumenta antiquis habent videri *et cetera*. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*. Tradens possessionem *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Precium vero predictorum que vobis vendo est viginti solidorum Barchinone. Et ideo, renunciando *et cetera*, dono et remito *et cetera*. Promito facere, habere et tenere *et cetera*. Et tenebor ac dictum monasterium tenebitur de eviccione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona et iura dicti monasterii. Ad hec nos, frater Franciscus Roures, baccallarius, frater Bernardus de Fontayna, et frater Anthonius Dalmacii, professor *et cetera*, laudantes consentientes.


a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
b. *idem.* c. *segueix, cancel-lat, aliquid.*

524

1477, desembre, 11. Igualada

Tomàs Tria, de Collbató, d'una part, i de l'altra part Pere Aguilera, teixidor de la vila d'Igualada, nomenen àrbitres per a totes les controvèrsies sobre arrendaments o altres qüestions que pugui haver-hi entre ambdues parts.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 142v.

Die iovis, .XI. decembris, anno predicto.

Ego, Thomas^a Tria, loci de *Collbató*, ex una, et ego, Petrus Aguilera, textor ville Aqualate, ex altera partibus, gratis nos, dicte partes, compromittimus in vos, Baltesarem Soler, textorem, et Anthonium Rosseta, paratorem pannorum lane, dicte ville, tanquam in arbitros arbitratores, laudatores et amicabiles compositores, et in vos, honorabiles Petrum Muset, Bartholomeum Çabata, Dalmacium Mercader et Iohannem Tria, consiliarios dicte ville Aqualate, in tercios arbitros in casu discordie dictorum arbitratorum comuniter et concorditer electos, sub pena .CC.orum solidorum per nos, dictas partes, vobis, dictis arbitris et venerabilibus terciis per stipulacionem promissam, super omnibus et

singulis accionibus, questionibus, petitionibus et demandis, litibus et controversiis quas^b una pars contra alteram possit movere, proponere vel intemptare tam racione quorumvis arrendamentorum quam aliis quibusvis racionibus, titulis sive causis vel usque in die presente sequitis et motis; et super deppendentibus, incidentibus seu contingentibus; et super excep- tionibus et defensionibus pro utriusque parte factis et fiendis. Convenientes et^c promitentes nos, dicte partes, quod compa- rebimus coram dictis arbitris diebus, horis et locis *et cetera*. Dantes vobis plenum posse quod possitis procedere in predictis breviter, simpliciter *et cetera*, et quod possitis procedere iuris, ordine servanti. Promitentes stare dominio et procuracioni ipsorum arbitrorum *et cetera*. Et quod non apellabimus *et cetera*, nec retinemus arbitrio boni viri *et cetera*. Dantes vobis licenciam corrigendo, interpretandi *et cetera*, tam infra tempus dicti compromissi quam coram post *et cetera*. Qua pena *et cetera*. Nichilominus *et cetera*. Et pro hiis obligamus *et cetera*. Dicte partes sint et remaneant in eorum pleno iure *et cetera*^d. Et tempus infra quod presens compromissus terminatur hunc per totum mensem ianuarii proxime venturum, quod possit prorogarii per dictos arbitros usque et per totum mensem febroarii proxime.

Testes, venerabiles Petrus Augustinus de Colle, presbiter Aqualate, discretus Franciscus Aguilo, presbiter, et Petrus Iohannis, textor ville Sancte Columbe de Queralto.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. *segueix, cancel-lat*, una, ego, dictus Thomas Mathei. c. *convenientes et, interlineat*. d. *segueix, cancel-lat*, Et tempus infra quod.

1477, desembre, 23. Igualada

Els esposos Tomàs Oller, del lloc de Capellades, al terme del castell de Claramunt —fill de Miquel Oller, i nét d'Esteve Oller, que fou germà i hereu universal del difunt Tomàs Oller—, i Joana, venen a Pere Modolell, prevere i clergue de l'església de Capellades, un censal mort de 14 sous i 4 diners de pensió i amb un preu de 10 lliures, el qual Pere Perdigó, el seu fill Bernat i la seva esposa Guillelmeta, com a principals, també

de Capellades, havien venut al predit Tomàs Oller, difunt; el preu de la venda és, també, de 10 lliures.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 143r-143v.

Die martis^a, .XXIII. decembris, anno .M.CCCC.LXXVII^o.

In Dei nomine. Ego, Thomas Oller, loci de Capellades, termini castri Clarmontis, filius et heres universalis Michaelis Oller, quondam, eiusdem loci, quiquidem Michael Oller, filius fuit Stefani Ollarii, quondam, eiusdem loci, et dictus Stefanus Ollarii fuit frater et heres universali Thome Ollarii, quondam, sepedicte loci *et cetera*, provide testis^b, et Iohanna, eius uxor. Gratis et ex certa sciencia, per me et omnes heredes *et cetera*, vendimus et ex causa vendicionis concedimus vobis, venerabili et discreto Petro Modollell, presbitero clerici ecclesie dicti loci de Capellatis, et vestris *et cetera*, tanquam layce private persone, et ex peccuniis ex vestra industria ad quasvis, et non de bona ecclesie nec beneficiorum vestrorum, totum illud censuali mortuum pensionis annue quatordecim solidos et quatuor denariorum Barchinone annue [*f. 143v*] solvendorum in festo Sancti Marchi Evangeliste, et precii sive proprietatis decem librarum dicte monete quod Petrus Perdigo et Bernardus Perdigo, eius filius, Guillelmoneta, uxor dicti Bernardi Perdigo, dicti loci de Capellatis, principales, et Ferrarius Mestra, dicti loci, fideiussor, vendiderunt dicti Thome Ollarii, quondam, prout de ipsa vendicione constat instrumento publico inde facto et acto decimanova die mensis aprilis, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.X^o. clausoque per discretum Anthonium Ferrarii, notarium publicum ville Aqualate pro venerabili Bernardo Mercerii, rectore et notario publico eiusdem. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extraentes *et cetera*. Cedentes iura *et cetera*. Quibus iuribus possitis petere, exhigere *et cetera*. Et quasvis exequciones *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Dicentes et mandantes *et cetera*. Dictis obligatis, tam principales quam fideiussorio nomine aut illorum heredibus seu bonorum detentoribus quasvis de dicto censuali tam in precio quam in pensionibus debitis et de cetero debentes, patent vobis et respondeamus *et cetera*. Precium est decem librarum Barchinone. Et ideo, renunciantes damus et remitimus *et cetera*. Promitentes facere, habere et tenere *et cetera*. Et tenebor de eviccione *et cetera*. Et solvemus missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et pro hiis obligamus omnia bona nostra et utrumque nostrum insolidum, mobilia et immobilia *et cetera*. Renunciamus beneficio novarum constitutionem et epistole divi Adriani *et cetera*, et ego, dicta

Iohanna, doti et sponsalicio *et cetera*. Et omnes omni iuri *et cetera*.
Et iuramus *et cetera*.

Testes firme dicti Thome Oller discretus Bartholomeus Puiggros, presbiter, et Iohannes Orpi, ville Aqualate, et firme dicte domine.

Item, dicti Thomas^c Oller^d et Iohanna, eius uxor, firmarunt apocam de soluto de dictis decem libris, precii dicti censualis.

Testes, predicti.

a. *segueix, cancel·lat, iovis.* b. *segueix un espai en blanc, corresponent a vuit línies.* c. *al damunt del nom, dues ratlletes.* d. *segueix, cancel·lat, fro.*

526

1477, desembre, 24. Igualada

Jaume Claramunt, del lloc de Vallbona, al terme del castell de Cabrera, fill del difunt Guillem Claramunt, estén àpoca a favor de Pere Franquesa, mercader de la vila d'Igualada i hereu universal del difunt Pere Rubió, assaonador de la predita vila, per la quantitat de 50 lliures, les quals Blanquina —de la qual fou hereu Guillem Claramunt— havia donat com a dot al seu espòs Pere Rubió.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scriptione publice*, f. 143v.

Die mercurii, .XIII. decembris, anno predicto.

Ego, Iacobus^a Claramunt, loci de Vallbona, termini castri^b de Cabrera, confiteor et recognosco vobis, venerabili^c Petro Franquesa, mercatori ville Aqualate, heredi universali cum beneficio inventarii Petri Robio, quondam, assahonatori dicte ville, quod solvistis, restituistis et tradidistis michi, ut heredi Guillermi Claramunt, quondam, patris mei, qui heres fuit domine Blanquine, quondam, uxoris dicti Petri Robio, illas quinquaginta libras Barchinone quas dicta domina Blanquina dicto Petro Robio, tempore eorum matrimonii in dotem portavit, ut in capituliracione dicti matrimonii factis lacius continentur. Et ideo, renunciando, presentem facio apocham de soluto et restituo necnon absolve, difinio et remito *et cetera*. Fiat largo modo cum cessione ad tuendum hereditatem dicti Petri Robio pro quibuscumque debitis.

Testes, Guillermus Francoli, sartor, et Anthonius Rovires, agricultor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, Clarмонтis.* c. *segueix, cancel·lat, Ioh.*

527

1477, desembre, 24. Igualada

Pere Franquesa, mercader de la vila d'Igualada, hereu de Pere Robió, assaonador de pells de la predita vila, estén àpoca a favor de Melcior Rajadell, paraire de draps de llana de la mateixa vila, per la quantitat de 18 lliures, preu de la venda d'una casa que es troba prop de la plaça de les Olles, de la vila, si bé aquests diners foren entregats pel deutor a Jaume de Claramunt, del lloc de Vallbona, al terme del castell de Cabrera, com a hereu de Blanquina —esposa que fou de Pere Rubió—, en concepte de restitució de dot.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 144r.

[f. 144r] Sit omnibus notum quod ego, Petrus^a Franquesa, mercator ville Aqualate, heres cum beneficio inventarii Petri Robio, quondam, assahonatoris pellium dicte ville^b, prout de ipsa universali herencia plene constat per testamentum eiusdem Petri Robio, quod fecit et firmavit in posse notario^c, tunch regentis scribaniam publicam dicte ville Aqualate... die, mensis..., anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC..., confiteor et recognosco vobis, Melchiori Regadell, paratori pannorum lane dicte ville, quod insolutum prorata illius hospicii hereditatis dicti Petri Robio^d, citi in dicta ville Aqualate, satis prope plateam vocatam *de les Olles*, quod ego vendidi seu stabilivi^e vobis, precio vel intrata... librarum Barchinone, prout de ipsa vendicione plene constat instrumento inde recepto in posse notarii subscripti^f die..., mensis... , anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXX..., solvistis et tradidistis michi, in modum subscriptum, decem octo libras dicte monete, quasquidem .XVIII.to libras michi solvistis in hunch modum, quia de mei voluntate illas tradidistis et deliberavistis Iacobo Claramunt, loci de Vallbona, termini castri de Cabrera, tanquam heredi universali Guillermi de Claramunt, quondam, patris sui, qui quidem Guillelmus Claramunt^g heres fuit dicte Blanquine, uxor, quondam, dicti Petri Robio, pro restitutione dotis^h quam dicta domina Blanquina atulit dicto Petro Robio, viro suo, tempore eorum matrimonii. Et ideo,

renunciando excepcioni non numerate et per modum predictum non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorumⁱ de predictis decem octo libris, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, vicesima die mensis decembris, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC.LXX. septimo. S+num Petri Franquesa, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Guillermus Francoli, sartor, et Anthonius Rovires, agricultor, ville Aqualate^j.

a. *al damunt del nom, dues ratllets obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, confiteor et recognosco vobis.* c. *notario, interlineat.* d. *segueix, cancel-lat, quod ego vendidi vobis.* e. *seu stabilivi, interlineat.* f. *segueix, cancel-lat, solvistis et tradi.* g. *segueix, cancel-lat, ut fertur.* h. *segueix, cancel-lat, dicte.* i. *segueix, cancel-lat, pre.* j. *la resta del foli, en blanc.*

528

1478, gener, 18. Igualada

Pere Franquesa, mercader d'Igualada, com a procurador de Ramon Sala, prevere beneficiat a l'església de la mateixa vila, ven a Joan Pasqual, paraire de draps de llana d'Igualada, una casa amb pati i corrals que es troben prop de l'església parroquial pel preu de 28 lliures; aquestes propietats són tingudes pels senyors de la vila i altres senyors.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 144v.

[f. 144v] Anno a Nativitate Domini, millesimo .CCCC^o. septuagesimo octavo^a.

Die dominica, .XVIII. ianuarii, anno predicto, in feriis, sub arbitrio Guillermi Regadell, paratoris, et Petri Mas, sartoris, fuit facta vendicio sequens.

In Dei nomine. Ego, Petrus^b Franquesa, mercator ville Aqualate, procurator ad hec et alia legitime constitutus et ordinatus a discreto Raymundo^c Sala, presbitero in ecclesia dicte ville beneficiato, prout de ipsa procuracione plene constat instrumento inde facto et acto Barchinone, undecima die mensis decembris proxime preteriti clausoque per discretum Michaellem Franquesa, auctoritate regia notarium publicum Barchinone, gratis et cetera, per dictum principalem meum et suos et cetera, vendo et ex causa vendicionis concedo vobis, Iohanni Pasqual, paratori pannorum lane dicte ville Aqualate, et vestris et quibus

volueritis, perpetuo, totas illas domos et patia domorum dirutarum ac *corrals*, et cum voltis in illis constructis, quas et que dictus principalis meus habet et possidet in dicta villa Aqualate, et satis prope ecclesiam parrochiam dicte ville Aqualate, prout terminatur ab una parte cum vico vocato de la *Sglesia*, ab alia parte cum hospicio Marchi Catarro, et transit iuxta dictam voltam vicus per quem itur de dicto vico ecclesie versus Fontem Maiorem *et cetera*. Et tenetur per dominos maiores dicte ville et alios dominos medios ad certos annos census, ut instrumentus antiquis est videre. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens dicto nomine predicta que eodem nomine vobis de iure, dominio *et cetera*. Promitens eodem nomine tradere possessionem vel vos *et cetera*. Ego, enim, eodem instrumentum *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Et quibus iuribus *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*^d. Precium predictorum que eodem nomine vobis vendo est viginti octo librarum Barchinone *et cetera*. Et ideo renunciando *et cetera*, dono dicto nomine et remito apud predicta que vobis vendo plus modo valent aut modo valebunt precio predicto *et cetera*. Insuper promito, dicto nomine, quod dictus principalis meus facit, vos habere et tenere predicta que vobis eodem nomine vendo *et cetera*. Et tenebor dicto nomine et tenebitur de eviccionem largo modo. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona dicti principali mei, bona autem minime pro premissis obligare intendo *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro in animam dictis principalis mei *et cetera*.

Testes, Iohannes Tenat, faber, Michael Mas, textor, et Filipus Valles, barbitonsor, dicte ville Aqualate.

a. *encapçalament escrit en minúscules de cos gran.* b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* c. *segueix, cancel·lat, sala.* d. *segueix, cancel·lat,* Pro precio predictorum que vobis.

529

1478, gener, 23. Igualada

Procura feta i signada per Joan Duart Martí de Literaçà per a demanar a Gonçal de Fries una quantitat de diners que li deu.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 145r.

[f. 145r] Die veneris, .XXIII. ianuarii, anno predicto.

Instrumentum procuracionis facte et firmate per Iohannem Duart Martino de Literaça ad petendum Gondissalvo de Fries certa peccunie quantitatem^a sibi debitam, racione due [...] ^b sibi facte mediante certa securitate. Est notatam largo modo in libro curie^c.

a. *segueix, cancel·lat*, mediante. b. *espai corresponent a un mot*. c. *tot l'instrument, ratllat amb una ratlla vertical*.

530

1478, gener, 27. Igualada

Antoni Martí i el seu fill homònim, del mas Oronies, al terme del castell d'Òdena, venen a Guillem Francolí, sastre de la vila d'Igualada, un hort que es troba a l'Horta Vella de la predita vila, pel preu de 18 lliures; aquest tros és tingut a cens pels senyors de la vila i per altres senyors amb un cens d'uns 6 sous.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 145r.

Die martis, .XXVII. ianuarii, anno predicto, in feriis sub arbitrio Bartholomei Çabata^a, manyani, et Petri Mas, sutoris, dicte ville.

In Dei nomine^a. Nos, Anthonius^b Marti, maior dierum, et Anthonius Marti, eius filius, mansi de *Oronies*, termini castris de Otine, gratis et ex certa sciencia, per nos et omnes heredes nostros quoscumque vendimus vobis, Guillermo Francoli, sartori^c ville Aqualate, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totum illum terre trocium ortum quod antiquitus solebant esse dicto orti [*sic*], citum in termino dicte ville Aqualate, loco vocato *la Orta Vella*, prout terminatur ab una parte cum rego molendinorum de la abbadia, ab alia parte cum camino travesseri per quem itur de camino quo tenditur ad dictum molendinum *a la riera*; ab alia parte cum orto heredum Francisci Rovires, quondam, sartori; ab alia parte cum terre trocium hereditatis venerabilis Bernardi Queralt; et ab alia parte cum orto Mathie Oller, qui olim fuit Guillermi Genoves. Et tenetur per dominos dicte ville et per alios dominos medios de certos annuos census circa .VI. solidos, ut in instrumentis antiquis est videre. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahentes *et cetera*. Promitentes tradere possessionem *et cetera*. Cedentes iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*.

Precium est decem octo librarum Barchinone. Et ideo *et cetera*, damus et remitimus *et cetera*. Promitentes facere, habere *et cetera*. Et tenebimur de eviccionem largo modo *et cetera*. Et solvemus missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligamus bona nostra et utrumque nostrum insolidum *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus [*et cetera*]^d.

Testes, Michael Mas, textor, Filipus Valles, barberius, et Raymundus Millars, mercator, dicte ville. Et firme dicti Anthonii Marti, minor. Qui firme^e [*sic*].

a. *segueix, cancel·lat*, et Petri. a. *segueix, cancel·lat*, Ego. b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. c. *segueix, cancel·lat*, dicte. d. *manca al manuscrit*. e. *tot l'instrument, ratllat amb una ratlla vertical*.

531

1478, gener, 13. Cervera

Carta d'Antoni Salveda, notari de la vila de Cervera, adreçada a Pere Pau Solanelles, en la qual l'informa que cal comunicar a Aldonça, vídua de Batasar Bages, de l'esmentada vila, que en virtut de la compra que ha fet Nicolau de Graells, prevere de la vila de Cervera, d'un censal per una pensió anual i 25 lliures de propietat, a partir d'ara s'haurà de pagar el cens al nou censalista.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, full solt.

[cara exterior]^a *Al molt honorable sènyer e singular amich, lo discret en Pere Pau Solanelles, notari en Agualada.*

[cara interior] *Ihesus.*

Molt honorable senyor e singular amic. Mossèn Nicholau de Graells, prevere de aquesta vila, en poder meu ha .VIII^o. del present mes de giner e any deiús scrits, ha constituït procurador lo honorable en Pere Franquesa, de aquexa vila, ço és, a saber, ha intimar^b a madona Aldonça, muller^c que fou de Baltasar Bages, de la mateixa vila, en virtut de certa compra feta per lo dit mossèn Nicholau de hun censal de ànnua pensió... e de propietat de .XXV. lliures, de qui al denant responguen^d del dit censal a dit mossèn Graells de les pensions degudes e de la present sentència de la mia pròpria mà; no havem més a dir sinó que recoman a vós e vosès veham al sènyer en Pere Segre e sa^e muller e tot sò del seu. De Cervera ha .XIII. de giner, any mil .CCCC.LXX. vuit.

Lo qui és prest a vostre honor, Anthoni Salareda, notari.

a. *es tracta d'una carta.* b. *segueix, cancel·lat, dicta.* c. *segueix, cancel·lat, d'en.* d. *segueix, cancel·lat, al.* e. *e sa, interlineat al damunt de vestre, cancel·lat.*

532

1478, gener, 28. Igualada

El predit Antoni Martí, major de dies, venedor, estén àpoca a favor de Guillem Francolí, comprador, per la quantitat de 16 lliures i 13 sous.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 145v.

[f. 145v] Die mercurii, .XXVIII. proxime dictorum mensis et anni.

Et dictus Anthonius^a Marti, maior dierum, venditor pretactus, firmavit apocham dicto Guillermo Francoli, emptori dicti orti, de sexdecim libris et terdecim solidis, insolutum prorata precii dicti orti, quasquidem .XVI. libras, .XIII. solidos sibi solvit hoc modo: quem dictus Anthonius Marti penes se retinuit illas .XII. libras pro quibus seu quarum precio vendidit dictum ortum dicto Guillermo Francoli^b, instrumento tamen gracie redimendi mediante cum alio instrumento *et cetera*; restantes vero quatuor libras et terdecim solidos dictus Guillermus Francoli sibi solvit numerando. Et ideo, renunciando *et cetera*.

Testes, Iohannes Gili, hostalerius ville Aqualate, et Franciscus Balaguer, brasserius, termini castri Folliti de Rivo Bricoso.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, instrumento.*

533

[1478, gener, 28. Igualada]

Instrument de procura en el qual Marc Catarro, sabater [de la vila d'Igualada] nomena procuradors seus Pere Sanén, fuster, i Pere Catfar, clergue, habitants de Barcelona, perquè rebin d'Antoni Ferrer, ciutadà de Barcelona, i del seu germà una quantitat de diners prestada per a vi i aliments.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 145v.

Instrumentum procuracionis per Marchum Catarro, sutorem, facte et firmate Petro Çanen, fusterio, et discreto Petro Catfaro, clerico, habitatoribus Barchinone, ad petendum, recipiendum *et cetera* a venerabili Anthonio Ferrer, cive Barchinone, et eius fratre, certam peccunie quantitatem quam sibi debet pro vinu et alimentis sibi prestitis in domino Iohannis Catarro *et cetera*. Est notata largo modo in libro comuni.

Testes, in nota^a.

a. tot l'instrument, ratllat amb una ratlla vertical.

534

1478, gener, 31. Igualada

Pere Franquesa, mercader de la vila d'Igualada, procurador de Nicolau Graells, prevere de la vila de Cervera, i també en nom d'Eladi Roca, menestral de la ciutat de Barcelona, fa intima a Aldonça Bages de la venda que ha fet Eladi Roca a Nicolau Graells del censal mort de 40 sous de pensió i 40 lliures de propietat, ara de 20 sous de pensió per la tuició de 20 sous i de 25 lliures de propietat, que li presten els hereus de Pere Bages i Baltasar Bages, difunts, la qual cosa Aldonça accepta.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 145v.

Die^a sabati intitulata .XXXI. ianuarii, anno predicto, presente et vocato me, Petro Paulo Solanelles, notario, et presentibus testibus, inquam, venerabilibus fratre Petro Aguilera, priore monasterii Sancti Augustini, et Iacobo Mallendrich, paratore^b pannorum lane, ville Aqualate, pro testibus ad hec vocatis, venerabilis Petrus Franquesa, mercator, ville predictae, procurator ad hec et alia legitime constitutus et ordinatus^c a venerabili et discreto Nicholao Graells, presbitero ville Cervarie, ut constat instrumento inde recepto in posse discreti Anthonii Salareda, auctoritate regia notario ville Cervarie, nona die presenti mensis ianuarii, et nomine eciam procuratorio asserto Alodii Rocha, fabri, civis Barchinone, constitutus personaliter coram domina Aldoncia Bages, in domo sue proprie habitacionis invente, intimavit sibi vendicionem per dictum Alodium Rocha factam dicto discreto Nicholao Graell factam [*sic*] de illo^d censuali mortuo, olim pensionis annue quadraginta solidorum et precii

sive proprietatis .XXXX. librarum^e, nunc per tucionem^f pensionis annue cum .XX. solidis, et precii sive proprietatis .XXV. librarum, quod heredes venerabili Petri Bages et Baltesarus Bages, quondam, dicte ville, sibi faciebant anno quolibet certo termino, ut constat instrumento inde facto et acto Barchinone, iniungens eidem quatenus de dicto censuali seu illis precio in casu luycionis, et de una pensione debita, et de aliis pensionibus abinde debendis respondeat dicto discreto Nicholao de Graells, vigore dicte empcionis *et cetera*. Et dicta domina Aldoncia Bages, respondendo dixit *que n'era ben contenta*. Requirens dictus procurator hec omnia scribi, et sibi fieri inseriri. Que fuerunt *et cetera*.

a. *escrit al marge esquerre*, De mossèn Graells. b. *segueix, cancel-lat*, per. c. *segueix, cancel-lat*, a vener et. d. illo, *interlineat al damunt de* quodam, *cancel-lat*. e. olim... libras, *interlineat al damunt de* videlicet, de precio et vestra pensione debita ex illo censuali quodam pensionis annues, *cancel-lat*. f. tucionem, *interlineat al damunt de* luycionem, *cancel-lat*.

535

1478, gener, 31. Igualada

Pere Millars i el seu fill Gaspar Millars, mercaders de la vila d'Igualada, venen a Ramon Pullina, blanquer i assaonador de pells de la mateixa vila, tots els drets que li pertanyen sobre un tros de terra, en part camp i en part vinya, que es troba prop de la riera de la vila d'Igualada, i que Aldonça Bages havia venut amb carta de gràcia al predit Gaspar Millars pel preu de 24 lliures; els venedors signen l'àpoca corresponent.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 146r.

[f. 146r] Die sabati, .XXXI. ianuarii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

In Dei nomine. Nos, Petrus^a Millars et Gaspar^b Millars, eius filius, mercatores^c ville Aqualate, gratis *et cetera*, vendimus et ex causa vendicionis concedimus vobis, Raymundo Pullina, blanquerio et assahonatori pellium dicte ville Aqualate, et vestris et quibus volueritis, necnon damus et concedimus vobis et vestris, totum ius et quidquid iuris et accionis nobis seu altero nostrum pertinet et spectet super quodam terre trocio, partim campo et partim vinea plantato et arboribus diversorum generum, cito in termino Aqualate et satis prope riarium dicte ville, quod domina Aldoncia Bages, uxor venerabili Baltesaris Bages,

quondam, mercatoris dicte ville, nomine suo proprio et ut tenens et possidens hereditatem et bona dicti viri sui pro suis dote, et eciam ut tutrix Petri Bages, pupilli filii sui, et dicti quondam viri sui, vendidit michi, dicto Gaspari Millars, cum instrumento inde recepto et continuato in scribania publica dicte ville Aqualate, .XI. die mensis iulii, anno a Nativitate Domini Domini [sic] .M^o.CCCC.LXX. primo, instrumento tamen gracie redimendi mediante. Prout terminatur dictum terre trocium ab una parte cum quodam terre trocii Anthonii Simon, sutoris dicte ville; ab alia parte cum terre trocio Nicholai Busquets, textoris; ex alia parte cum camino per quem itur de dicta villa ad molendinum de Cornet; et ex alia parte cum terre trocii Petri Almunia. Et tenetur *et cetera*, remittitur instrumentis antiquis. Hanc autem *et cetera*. Precium est viginti quatuor librarum Barchinone. Et ideo, renunciando *et cetera*, damus et remittimus *et cetera*. Promittimus facere, habere et tenere *et cetera*. Et tenebor de eviccionem largo modo contra cunctas personas *et cetera*. Et solvemus missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligamus bona nostra et utrumque nostrum insolidum. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, Guillermus Regadell^d, Anthonius Rosseta et Petrus Rosseta, paratores ville Aqualate.

Item, dictus Petrus^e Millars et Gaspar^f Millars firmarunt apocham de soluto dicto Raymundo Pullina, emptori predicto de dictis .XXIII. libras, que sunt precium dicte vendicionis.

Testes, proxime dicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *idem.* c. *segueix, cancel·lat, gratis.* d. *segueix, cancel·lat, parator.* e. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* f. *idem.*

536

[1478, gener, 31. Igualada]

El predit Ramon Pullina signa la corresponent carta de gràcia als venedors, i l'adequa al temps pel qual Pere Millars i Gaspar Millars signaren la carta de gràcia a Aldonça Bages.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 146r.

Item, dictus Raymundus^a Pullina firmavit instrumentum gracie redimendi dictis venditoribus, et eciam conformavit instrumentum gracie dicte domine Aldoncie Bages et suis per

dictos Petrum Millars et Gasparem Millars sibi facto pro residuo temporis dicte graciae.

Testes, proxime dicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

537

1478, febrer, 6. Igualada

Bernat Vendrell, mercader de la vila d'Igualada, reconeix a Antoni Mateu i a Joan Tenat, aquest darrer menestral de la vila d'Igualada, que els deu 11 lliures per raó d'un préstec gratis et bono amore que li fan, alhora que promet tornar-lo el proper mes de maig, i per a això obliga un ramat de bestiar que té en comanda al mas de Joan Bonastre, àlies d'en Roure, al terme del castell d'Òdena, i al mas d'en Grau Valls, de Sant Feliu; Bernat Vendrell signa l'àpoca de les 11 lliures als prestadors.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 146v.

[f. 146v] Die veneris, .VI. febroarii, anno predicto.

Ego, Bernardus^a Venrell, mercator ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, Anthonio Mathei et Iohanni Tenat, fabro ville Aqualate, quod debeo vobis undecim libras Barchinone racione mutui gratis et bono amore facti. Et ideo, renunciando *et cetera*, solvere et restituere promito vobis hunch per totum^b mensem madii proxime *et cetera*, sine dilacione *et cetera*. Cum salario procuratoris .V. solidos. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et pro hiis obligo specialiter et expresse totum illum bestiari ac gregiam sive *folch de bestiar* quos ego teneo in comadita^c in manso^d Iohannis Bonastre, alias *d'en Roure*, termini castri de Otine, et in manso d'en Grau Valls, de *Sent Feliu*, que sunt in numero..., cum fructus eorum quod pro vobis et nomine vestro precari *et cetera*, que bestiaria non possim vendere nec alia alienare^e nec a dictis comandis variare seu mutare, dans vobis licenciam vendendi *et cetera*. Et generaliter obligo omnia bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*^f. Hec igitur *et cetera*^g.

Testes, Ludovicus Sent Iust, loci Villenove de Camino, et Iacobus Moragues, termini castri Otine.

Item, dictus Bernardus^h Venrell firmavit apocham dictis Anthonio Mathei et Iohanni Tenat, de dictis undecim librisⁱ.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat,* presentem. c. *in comandita, interlineat.* d. *segueix, cancel·lat,* de la. e. *segueix, cancel·lat,* abso. f. *segueix, cancel·lat,* Et iuro. g. *segueix un espai en blanc corresponent a tres línies.* h. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* i. *tot l'instrument, ratllat amb una ratlla ondulant; segueixen les següents notes al peu del document,* Die .VIII. febroarii anno predicto, dicta specialis obligacio fuit intimata dictis Iohannis Bonastre et dicto Grau, in platea Bladi dicte ville inventis et cetera. Iniungens et cetera; presentibus testibus Petro Moragues, de la Mastrosa, et Bartholomeus Vidal, de Garrigosa. Et die martis, .X. novembris anno predicto, de voluntate dictorum Anthonii Mathei et Iohannis Tenat, fuit cancellata presens securitas et iura fuit ad plenarie satisfactum in dicto debito; presentibus testibus Bartholomeo Çabata, manyano, et Iohanne Pasqual et Melchiore Regadell, paratoribus, dicte ville.

538

1478, febrer, 6. Igualada


Antoni Corts, sastre de la vila d'Igualada, d'una part, i Bernat Domènec i el seu fill Antoni, de l'altra, es donen paraula de pau en poder dels batlles, duradora per tot el proper any.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 146v.

Ego, Anthonius Corts, sartor ville Aqualate, ex una, et Bernardus^a Domenech et Anthonius^b, eius filius, ex altera partibus, dicte partes fecerunt et firmarunt inter se verbum pacis in posse baiulorum *et cetera*, duraturum per tempus unius anni proxime venturum cum tenenciis decem dierum^c, et abinde donech fuerit redditum, quod possit reddi in posse dictorum baiulorum infra villam Aqualate. Promitentes non facere dampnum, iniuriam, dedecus *et cetera*, ymo, si sciremus denunciaremus *et cetera*. Sub pena .XXV. libras. Obligamus personas et bona *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, Petrus Muset, textor, et Bartholomeus Çabata, manyanus, dicte ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
b. *idem.* c. *cum ... dierum, interlineat.*



539

1478, febrer, 9. Igualada

Fra Pere Aguilera, prior del monestir de Sant Agustí a la vila d'Igualada, amb consentiment de Vicenç Girona, provincial de l'orde de Sant Agustí a Aragó i Catalunya, fa donació a mestre Nicolau, mestre de cases de la predita vila, de tots els drets que pertanyen al monestir contra Pere Franquesa, mercader de la vila, sobre un censal de 20 sous de pensió i 20 lliures de propietat per raó de les 10 lliures que el convent li deu per certes obres fetes a l'església i al monestir.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 147r.

[f. 147r] Die lune, .VIII. febroarii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

Ego, frater Petrus^a Aguilera, prior monasterii Sancti Augustini, infra terminos^b ville Aqualate constructi, agens in hiis cum auctoritate et decreto reverendi fratris Vincencii Gerona, magistri in Sacra Pagina, provincialis ordinis Sancti Augustini, provinciis Aragonie et Cathalonie, gratis *et cetera*, insolutum et satisfacionem illarum decem librarum Barchinone quas ego, nomine conventus et dicti monasterii Sancti Augustini et dictus conventus debeo et debet vobis, magistro Nicholao, magistro domorum dicte ville ratione operum et aliorum laborum circa rauffa ratione^c ecclesie et domus dicti monasterii per vos factorum et sustentorum, do, cedo et mando vobis, dicto magistro^d Nicholao et vestris, omnia iura et acciones michi et dicto monasterio pertinencia et pertinentes adversus seu contra venerabilem Petrum Franquesa, mercatorem dicte ville, in pensionibus illius censualis pensionis annue .XX.ti solidorum et precii sive proprietatis .XX.ti librarum quod dictus Petrus Franquesa facit et prestat, ac facere et prestare tenetur annis singulis certo termino sive die in dicto monasterio et eius conventi usque ad^e quantitatem decem librarum dicte monete eidem magistro Nicholao debitarum *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Possitis petere, exhigere, *et cetera*. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et omnia alia facere *et cetera*. Dicens et intimans *et cetera*, quatenus de^f pensionibus dicti censualis usque ad complementum dictarum .X. librarum vobis debitarum pateat et respondeat *et cetera*. Promitens facere, habere et tenere *et cetera*. Et tenebor de eviccione *et cetera*. Et solvere siquas missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona et iura dicti monasterii.

Testes, Bernardus Venrell, Petrus Soler, chirurgicus, et Dalmacius Mercader, botigerius, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, dicte ville.* c. *segueix, cancel·lat, dom.* d. *segueix, cancel·lat, Petr.* e. *segueix, cancel·lat, un mot.* f. *segueix, cancel·lat, dic.*

540

1478, febrer, 10. Igualada

Pere Riba, del mas del Cogulló, al terme del castell d'Òdena, reconeix que deu a Antoni Mateu, de la vila d'Igualada, 46 sous i 3 diners per la compra de blat, li promet que li pagarà el present mes de febrer, i per a això obliga dues mules que té.

API 307. JOAN ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 147r.

Die martis, .X. febroarii.

Ego, Petrus^a Riba, mansi *de Cugulló*, termini castri Otine, gratis confiteor et recognosco Anthonio Mathei, ville Aqualate, quod debeo vobis quinquaginta sex solidos et tres denarios Barchinone racione predicti precii bladi quos a vobis emi, habui et recepi *et cetera*. Et ideo, renunciando *et cetera*, solvere promito, sub pena tercii, hunch per totum mensem febroarii, sine dilacione. Cum salario procuratoris .V. solidos. Salvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et pro hiis obligo specialiter et expresse duos mulos meos, unum de pilo nigro, tali forma quod si infra^b presentem mensem non solvero dictam quantitatem habeat et teneat^c mittere dictos mulos in manu et posse vestris^d, curie baiulorum ville Aqualate pro exequcione fiendis, dans vobis licenciam *et cetera*. Et generaliter obligo bona mea *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Iohannes Muntroig, textor, et Petrus Sent Iust, fusterius, ville^e de Reus, campi Terracone^f.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, dictum.* c. *habeat et teneat, escrit al marge esquerre.* d. *segueix, cancel·lat, et illos.* e. *segueix, cancel·lat, Sancte.* f. *tot l'instrument, ratllat amb una ratlla ondulant; continua la següent nota al peu del document, Die veneris, secunda octobris, anno predicto, de mandato dicti Anthonii Mathei fuit cancellata presens securitatem, eo quia fuit sibi satisfactum in dicto debito; presentibus testibus Marcho Catarro et Iacobo Merquet, nuncio dicte ville.*

541

1478, febrer, 18. Igualada

Pere Millars, mercader de la vila d'Igualada, deu a Antoni Salareda, notari de la vila de Cervera, una quantitat de diners per raó d'un préstec fet gratis et bono amore, i per això li fa donació de tots els drets que li pertanyen contra Pere Bages i el seu fill Baltasar Bages i llurs hereus, sobre mitja pensió d'un censal mort de 35 sous i 10 diners de pensió; aquest censal procedeix d'un altre censal mort d'ídèntica pensió que Guillem Ferrer, de Campdàsens, juntament amb els predits Pere i Baltasar Bages li presten, com a hereu de Ramon Millars, difunt, pare seu.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 147v.

[f. 147v] Die mercurii, .XVIII. febroarii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.
Ego, Petrus^a Millars, mercator ville Aqualate, insolutum et satisfaccionem consimile peccunie quantitatis quod debeo vobis, discreto Anthonio Salareda, notario ville Cervarie, licet absenti, racione mutui per vos michi gratis et bono amore facti, gratis do, cedo et mando vobis eidem Anthonio Salareda, et vestris et quibus volueritis, omnia omnesque acciones michi pertinencia et pertinentes adversus seu contra hereditatem et bona venerabili Petri Bages et seu Baltesaris Bages, eius filii, et illorum heredem seu bonorum detentorum, racione et pretextu medie pensionis illis censualis mortui pensionis annue .XXXV. solidos, .X. denarios que solvenda fuit in festo beate Marie mensis augusti proxime preteriti, ex illo, videlicet, censuali mortuo consimilis pensionis quod Guillermus Ferrer, de *Campdàsens*, et alii principaliter^b, et dicti Petrus Bages et Baltesar Bages, fideiussorio nomine inter venerunt obligati, faciunt et prestant michi, dicto Petro Millars, tanquam heredi Raymundi Millars, quondam, patris mei^c. Quibus iuribus et accionibus supradictis possitis petere, exhigere, recipere et habere. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Dicens et intimans tenore presentis *et cetera*. Promitens facere, habere et tenere. Et tenebor de eviccionem. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Iacobus Vitalis et Bernardus Sartre, parator pannorum lane, ville Aqualate^d.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, obligati.* c. *segueix, cancel·lat, Quibus se.* d. *continua la següent nota al peu del document, Die sabati, .XXI. [segueixen, cancel·lades, dues lletres] proxime dictorum mensis et anni Iacobus Merquet, nuncius iuratus curie dictorum honorabilium baiulorum, retulit et intimasse predicta cessionem dicte domine Aldoncie Bages, quandam cedula papiri mei quam sibi dimisit.*

542

1478, febrer, 19. Igualada

Bartomeu Puiggròs, prevere i vicari de l'església parroquial de Santa Maria de la vila d'Igualada, reconeix a Pere Agustí de Coll que aquest portà al cementiri de l'església el cos de la seva mare Aldonça —esposa de Joan de Coll, doctor en lleis de la predita vila— on fou enterrat, i li dóna llicència per exhumar-lo i enterrar-lo on vulgui.

API 307. JOAN ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 147v-148r.

Die iovis, .XVIII. febroarii, anno predicto.

Ego, Bartholomeus^a Puiggros, presbiter, vicarius ecclesie parochialis Beate Marie ville Aqualate, et seu circa altarem in eadem ecclesia pro nunc regens, confiteor et recognosco vobis, honorabili Petro Augustino de Colle, legum doctoris dicte ville Aqualate, quod vos tradidistis in comanda in cimiterio et seu ecclesia corpus honorabilis domine Aldoncie de Colle, uxoris quondam honorabilis Iohannis de Colle, legum doctoris dicte ville Aqualate, quod in ipso cimiterio sive ecclesie subhomatur sub comanda, adeo adeo [*sic*] pro quocumque volueritis possitis inde ipsum corpus abstraere et alibi ubicumque volueritis mutare et sepellire. Et ideo attenda rei veritate et renunciatis excepcioni rei veritate, ita non esse, et doli mali *et cetera*, per me et venientes seu^b successores meos quoscumque in regiminis dicte ecclesie convenio et bona fide promito quod quocumque volueritis, ego et venientes post me in dicto officio sive regimine divinum^c et inti[...]^d [*f. 148r*] vos extrahere et mutare, et alibi sepellire dictum corpus dicte honorabile domine Aldoncie de Colle, matris vestri, quod in comanda, ut *prefertur*^e, michi tradidistis in dicto cimiterio sive ecclesia infra capelle Beate Marie. Et hoc promito vobis tenere et servare omni contradiccione cessante, in cuius rei testimonium volo vos fieri de predictis presens publicum instrumentum per notarium subscriptum.

Testes, Franciscus Sala, apothecarius, minor dierum, et Bernardus Sastra, parator pannorum, ville Aqualate^f.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *venientes seu, interlineat.* c. *segueix, cancel·lat, vos.* d. *espai corresponent a unes tres lletres.* e. *segueix, cancel·lat, nobis d.* f. *al peu del document, segueix, cancel·lat, Testes, Iacobus Vilellis et B. Sarta.*

543

1478, febrer, 13. Igualada

Antoni Segarra, abans del mas de Borrelles i ara habitant de la vila d'Igualada, ven a Bernat Vendrell, mercader de la predita vila, un pati de cases derruït que es troba al carrer Nou, al costat de la casa del venedor, pel preu de 50 sous; aquest pati és tingut pels senyors de la vila.

API 307. JOAN ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 148r.

Die lune, .XXIII. febroarii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

In Dei nomine. Ego, Anthonius^a Segarra, olim mansi *de Borrelles*, nunc vero habitator ville Aqualate, gratis *et cetera*, per me et omnes heredes et successore meos quoscumque, vendo et ex causa vendicionis concedo vobis, Bernardo Venrell, mercatori dicte ville Aqualate, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totum illud patium domorum dirutum, citum ad latus domorum meorum quas ego habeo et possideo in dicta villa Aqualate^b, in vico vocato *lo Carrer Nou*, continens in se... latitudinis, et... latitudinis prout terminatur ab una parte cum hospicio sive onili domorum Vincencii Matestach, quondam, assahonatoris pellium^c; a duabus partibus^d, hoc est, a parte meridiey et a parte occidens cum onili sive patio domorum dirutarum vestri, dicti emptoris, quod aperitur in vico *del Campanar*; et ab alia cum hospicio mei, dictus emptoris. Et tenetur per dominos dicte ville, una cum parte michi remanente, et alios dominos medios ad certos annuos census, ut in instrumentis continentur, ad solucionem quorum censium, [et]^e ego et successores mei in eodem hospicio teneat et teneantur soverie ipsos census, licet dicti census sint salva, tam super dicto hospicio quam super ipso patio. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*^f. Promitens tradere possessionem *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Precium est quinquaginta solidorum Barchinone. Et ideo,

renunciando *et cetera*, dono et remito *et cetera*. Promito facere, habere et tenere *et cetera*. Et tenebor de eviccione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Dalmacius Mercader, botiguerius, et Iohannes Canaletes, dicte ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, loco vocato.* c. *segueix, cancel-lat, ab.* d. *segueix, cancel-lat, cum ort.* e. *manca al manuscrit.* f. *segueix, cancel-lat, cedens et cetera.*

544

[1478, febrer, 13. Igualada]

Bernat Vendrell consenteix que Antoni Segarra pugui girar les aigües pluvials i conduir-les vers el corral o pati de casa seva tot construint una teulada.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 148r-148v.

Item, cum alio instrumento, dictus Bernardus^a Venrell, per se et suos successores prestit assenssum [f. 148v] et consentit quod dictus Anthonius Segarra possit et valeat facere, reducere et girare aquas pluviales a medio hospicii^b sibi remanentes versus dictum onili construendo, hanc tegulatam tali forma quod *barsça* eiusdem domus habeat tum exire supra dictum patium sive onili quator palm ad dictam mensuram canne dicte ville, volendo sive dicere in^c vulgari *que lo dit Anthoni Segarra puscha e li sia lícit del mig de la sua casa vers lo [...]*^d *dit corral girar les aygües pluvials e aquells fer regar sobre lo dit corral o pati construint teulada vessant sobre lo dit pati, emperò que la dita barsça de la dita teulada no puscha exir sobre lo dit pati més de quatre palms de cana.* Et hoc facere et tenere promisit, sine aliquo impedimento *et cetera*. Sub bonorum suorum obligavit *et cetera*. Et iuravit *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, sui.* c. *in, interlineat.* d. *segueixen, cancel-lades, tres lletres.*



545

[1478, febrer, 13. Igualada]

Bernat Vendrell reconeix deure a Antoni Segarra 50 sous, preu del predit pati, i promet que en pagarà 20 en la propera Pasqua de Resurrecció, i els restants 30 sous la propera festa de Tots Sants.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 148v.

Item, dictus Bernardus^a Venrell, confiteor et recognosco dicto Anthonio Segarra quod debet sibi dictos quinquaginta solidos precii dicti patii. Et ideo, renunciando *et cetera*, promisit illos .L. solidos sibi solvere per has soluciones, videlicet, hunc ad festum Pasche Resurreccionis Domini proxime venturam .XX. solidos, et restantes .XXX, solidos hunc ad festum Omnium Sanctorum proxime. Sine dilacione *et cetera*^b. Cum salario procuratoris .III. solidos. Et solvere missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo^c specialiter dictum patium, et generaliter omnia bona. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat*, Et solvere. c. *segueix, cancel·lat, bona.*

546

1478, març, 3. Igualada

Joan Degollat, capità al castell de Corbera, i Nicolau Navarro, fuster de la vila d'Igualada, reconeixen deure a Antoni Mateu i a Joan Tenat —menestral—, ambdós de la predita vila, 21 lliures, preu del forment que els compraren com a provisió per al castell de Corbera, i prometen pagar-les.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 148v.

Die martis, .III. marcii, anno predicto.

Nos, Iohannes^a Degollat, capitaneus in castris de Corbera, et magnificus Nicholaus^b Navarro, fusterius ville Aqualate, gratis confitemur et recognoscimus vobis Anthonio Mathei et Iohanni Tenat, fabro dicte ville Aqualate, quod debemus vobis viginti unam libras Barchinone racione precii frumenti, quod a vobis

emimus ad opus provisionis dicti castris Corbera habuimus et recepimus. Et ideo, renunciando *et cetera*, solvere promittimus sub pena terti curie honorabilium baiulorum Aqualate vel alterius curie *et cetera*, hunc per totum mensem iunii proxime venientium. Sine dilacione *et cetera*. Cum salario procuratoris .V. solidos. Et solvemus missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligamus bona nostra et utriusque nostrum insolidum *et cetera*. Renunciamus beneficio novarum constitutionem *et cetera*. Et omni iuri *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, Petrus Colldesañca, faber ville Aqualate, et Guillelmus Massaguer, loci de les Splugues^c.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *idem.* c. *tot l'instrument ratllat amb una ratlla ondulant; continua la següent nota al peu del document: Die iouis, .III. septembris, anno .M.CCCC.LXXVIII^o., de voluntate dictorum Anthonii Mathei et Iohannis Tenat fuit cancellata dicta securitas, eo quia fuit sibi plenarie satisfactum in dicto debito; presentibus testibus Anthonio Rosseta, parator, et Nicholao Giner, textore dicte ville.*

547

1478, març, 4. Igualada

Pere Pinós, del lloc de Copons, constitueix procurador seu Joan Ferrer, mercader i ciutadà de Barcelona, perquè cobri una quantitat de diners que li deu Aldonça Bages en concepte de la cessió d'un censal mort que li féu Pere Millars, mercader de la vila d'Igualada.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 149r.

[f. 149r] die mercurii, .IIII. marcii, anno predicto.

Ego^a, Anthonius^b Truylols, assahonator pellium, filius Gabrielis Truylols, quondam, ville Aqualate, in etate viginti^c annorum vel inde circa constitutus, agens in hiis cum auctoritate et decreto honorabilium baiulorum dicte ville, et cum assensu et interventu amicorum et communorum meorum, tam ex parte patris quam ex parte matris [*f. 154r*] subscriptorum, videlicet, Francisci^d Truylols, fabri, Vincencii^e Borraç, sartoris, et Anthonii Simon, sutoris dicte ville, *et cetera*, confiteor et recognosco vobis, Petro Aguilera, textore dicte ville^f, tutori et suo tempore curatori, venistis mecum ad verum, bonum et legale compotum *et cetera*, super regimine dicte tutele sive cure et super administracione omnium et singulorum bonorum meorum *et cetera*, super confesione inventarii de^g bonis dicte tutele post mortem domine Anthonie Truylols, avie mee, per vos facti et conservacione et custodia eorundem; et super receptis per vos factis et super omnibus et singulis solucionibus, expensis atque datis per vos factis; et generaliter super omnibus et singulis aliis de quibus mecum computare tenebamini et reddere rationem, quo compoto factis constat pro certo *et cetera*, quod vos nihil tenetis michi refundere seu tornare ac restituere *et cetera*, ymo ego teneor vobis dare et solvere triginta quinque solidos et septem denarios Barchinone; item, ex alia parte, totum id quod monstrabitur per vos legitime fore expensum pro funerariis et ultima voluntate dicte domine Anthonie Truylols, quondam, avie mee; est tamen verum et certum quod penes vos remanserit certe reliquie argenti et auri^h ecclesie dicte ville Aqualate que per universitatem dicte ville pro certa quantitate fuerunt impignorate, retinet cum michi ius super inventario facto seu confacto per dictam dominam Anthoniam Truylols, aviam meamⁱ, tanquam tutricem meam una et insolidum cum venerabili Petro Millars, dicte ville, facto post mortem eiusdem patris mei de bonis dicte hereditatis, de quo non fuit michi datum compotum. Et ideo, renunciando *et cetera*, gratis *et cetera*, absolvo, difinio et remito vobis, dicto Petro Aguilera et vestris omne acciones, questiones, petitiones *et cetera*, faciendo inde vobis bonum et perpetuum finem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Promitens vobis quod de aut pro predictis non

conveniam vos, ymo super eisdem michi impono silencium. Et hiis autem on apulianam^j stipulacionem *et cetera*. confitens vigore iuramenti per me prestati me minorem esse .XXV. annis, maiorem vero .XVIII^o. et non habere nec habere velle curatorem. Et nos, predicti amici et parentes virumque pertinentes confitemur et recognoscimus quod vobis, dicto Petro Aguilera, per vos nobis presentibus et contendentibus venistis cum dicto Anthonio Truyllops ad compotum et racionem perassumptis. Et ipsum compotum et racionem vidimus et examinamus *et cetera*. Et ideo assensum nostrum prestamus, volens eciam quod de premissis fiat et tradantur dicto publica instrumenta unum vobis et alterum michi^k.

Testes, Baltasar Soler, Guillermus Fons, textores, et Anthonius Rosseta, parator pannorum lane ville Aqualate^l.

a. *al marge esquerre, d per debet.* b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* c. *segueix, cancel-lat, quinque.* d. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* e. *ídem.* f. *segueix, cancel-lada, una lletra.* g. *segueix, cancel-lat, dictis.* h. *segueix, cancel-lat, que pro universitat.* i. *segueix, cancel-lat, de bonis dicte hereditatis.* j. *apulianam, lectura dubtosa.* k. *segueix un espai en blanc corresponent a quatre línies.* l. *continua la següent nota al peu del document, Et die veneris, .XI. decembris, anno predicto, dictus Anthonius [al damunt d'Anthonius, dues ratlletes per indicar la ferma] Truyllops, confessus fuit dicto Petro Aguilera quod tradidit et deliberavit sibi omnes libros compotorum et debitorum dicte hereditatis et memoriale quod dictus Gabriel Truyllops, quondam, eius pater, fecit in articulo mortis, retento cum penes dictum Petrum Aguilera libro maiorem dicte hereditatis in quo sunt compoti dicte domine avie sive, videlicet, receptarum et datarum. Et ideo, et cetera. Testes, Iohannes Tenat, et Marchus Catarro, sutores, dicte ville*

570

[1478, maig, 24. Igualada]

Pere Navarro, sastre, d'una part, i Pere i Jaume Pullina, pagesos, i Ramon Pullina, blanquer, de l'altra, tots de la vila d'Igualada, es donen paraula de pau mútua durant un any.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 154r.

Die dominica, .XXIII. madii, anno predicto.

Ego, magister Petrus^a Navarro, sartor^b, ex una, et nos, Petrus^c Pullina, Iacobus^d Pullina, agricultores^e, et Raymundus Pullina, blanquerius, ville Aqualate, partibus ex altera, gratis dicte partes firmamus inter nos verbum inter nos [*sic*] duraturum a die presenti, qua hoc presens conficitur instrumentum, ad unum annum primo venturum, et abinde donech fuerit redditus, et

postquam redditum fuerit per .X. die *et cetera*; quod possit reddi personaliter vel per procuratorem in posse^f honorabilium baiulorum dicte ville, promittentes quod durante dicta securitate non faciemus alia alteri aliquid dampnum *et cetera*. Et hoc sub pena .XXV. librarum *et cetera*. Obligamus persona et bona *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, venerabiles Petrus Muset, Gondissalvus de Fries et Iohannes Tria, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. *al manuscrit*, Petrus, sartor, Navarro. c. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. d. *ídem*. e. *agricultores, interlineat*. f. *segueix, cancel-lat, dictorum*.

571

[1478, maig, 24. Igualada]

Els predits Pere, Jaume i Ramon Pullina, en virtut del jurament i pena sotascrits, prometen als batlles que abans de cinc dies després que els sigui requerit tornaran sota arrest a la vila d'Igualada.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 154v.

[f. 154v] Item nos, dicti Petrus^a Pullina, Iacobus^b Pullina et Raymundus^c Pullina, vigore iuramenti et pene subscriptorum promiserunt dictis honorabilis baiulis quod infra^d quinque dies postquam requisiti fuerint tornabimus in arrestum intus villam Aqualate, non guidatos, acordatos, censuratos^e nec aliter assecuratos, sed totaliter de foro et iurediccione ipsorum, et ibi tenebitur arrestum, promittentes^f non exire. Et hoc sub pena .XXV. librarum. Obligamus personas et bona *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et prestamus homagium ore et manibus *et cetera*, in posse venerabili Nicholao Puiggros, baiuli regii nomine domini regis et monasterii recipientis.

Testes, proxime dicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma i iur ho, per iuravit homagium*. b. *ídem*. c. *ídem*. d. *segueix, cancel-lat, ipsum*. e. *censuratos, lectura dubtosa*. f. *segueix, cancel-lat, hoc*.

572

1478, maig, 24. Igualada

Gonçal de Fries, lloctinent del batlle general de Catalunya a la vila i sotsvegueria d'Igualada, i Joan Manresa, batlle de la mateixa vila pel monestir de Sant Cugat del Vallès, renoven l'establiment en emfiteusi a Francesc Giner, agricultor de la predita vila, d'un hort amb tanca que es troba al costat del portal de la Font Major de la vila, el qual és regat amb l'aigua d'aquesta font. Aquest hort el tenen els senyors de la vila amb un cens de 12 diners en compensació de delme i tasca i també Pere Ferrer, tapiner de la vila, amb un cens de 12 diners amb domini i fadiga; el preu d'aquesta renovació és de 9 sous.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 154v-155r.

Noverint universi quod nos, Gondissalvus^a de Fries, locumtenentis multum honorabilis baiuli Cathalonie generalis in villa et subvicaria Aqualate pro serenissimo domino rege, et Iohannes^b Manresa, baiulus eiusdem ville pro monasterio Sancti Cucufati Vallensis, gratis et ex certa sciencia, nomine domini regis et monasterii predictorum dominorum pro indiviso dicte ville Aqualate, laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus sive de novo stabilimus et in emphiteosim damus et concedimus vobis, Francisco Giner, agricultori dicte ville, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, vestris cum consimilibus et vestrorum, totum illum ortum paritibus circumclauso quem vos habetis et possidetis in termino dicte ville Aqualate et iuxta portale Fontis Maioris dicte ville, cum aqua ad rigandum ex aqua, videlicet, dicte fontis^c, cum introitibus et exitibus, iuribus et pertinentiis suis. Prout terminatur ab una parte cum orto heredium venerabilis Iohannis Iohan, quondam, apothecarii dicte ville; ab alia parte cum sequia molendinorum de la abbadia; ab alia parte cum orto Raymundi Millars, mercatoris eiusdem ville; et ab alia parte cum camino quo tenditur de dicta villa Aqualate versus riariam. Et tenens et tenetur totum dictum ortum per dictos dominum regem et monasterium Sancti Cucufatis Vallensis, dominos dicte ville^d, ad census duodecim denariorum Barchinonensium, in compensatione decime et tasche, quas antiquitus facere et prestare^e solebat de fructibus eiusdem orti; tenet eciam per Petrum Ferrarii, tapinerius dicte ville, ad census duorum denariorum Barchinonensium, cum tercio, dominio et faticha^f. Hanc autem

laudacionem, approbacionem, ratificacionem et confirmacionem sive de novo stabilicionem facimus nos, dictis locumtenentis et baiulus vobis, dicto Francisco Giner, et vestris de predictis. Sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestorumque salvamentum et bonum eciam intellectum, sub hiis cum pacto et condicione quod si in futurum monstraretur, aut inveniri posset, quod pro ipso orto fieret aut prestaretur nobis, nomine dictorum domini regis et monasterii, aliquis census, quod sit dictum vos et vestris in dicto orto successores, dabitis et prestabitis et solvetis nobis et successoribus nostris in dictis officii locumtenencie et baiulie nomine domini regis et monasterii, illos census siquas [f. 155r] vel siquos recepti fuerit. Et pro hiis non faciatis aut proclametis alium dominum seu dominos, nisi cum dictos dominum regem et monasterium Sancti Cucufatis^g, et dictum Petrum Ferrarii, dominum medium predictum. Liceatque vobis et vestris, post dies triginta ex quo in nos, dictis nominibus^h successorisque nostros in dictis officiis et dictumⁱ dominum medium predictum, fatigati fueritis, predicta vendere et aliter alienare vestris cum consimilibus et vestrorum, salvis cum semper dictis domino rege et monasterio ac domino medio predicto censibus predictis ac^j iure, dominio et fathica triginta dierum. Pro hac vera laudacione, approbacione, ratificacione et confirmacione ac de novo stabilicione dedistis et solvistis nobis et confitemur nos, dicti nominibus, a vobis habuisse et recepisse novem solidos Barchinone, super quibus renunciamus excepcioni non numerate et non solute pecunie, et dolo malo et accioni in factum, et omni alii iuri, legi^k, racioni et consuetudini contra hec repugnantibus; et hoc instrumentum sit et cedat vobis loco carte precarie premissorum prout vos et eciam dictus Petrus Ferrarii, qui predictum ortum vobis stabilivit et ad tempus predictum vobis in emphiteosim dedit et concessit, iurastis et iuravit ad Sancta Dei Quatuor Evangelia manibus vestris et ipsius corporaliter tacta, non habens nec habet aliqua instrumenta pro vobis et eo facientia pro premissis nec^l sitis nec sit, nec fecistis seu fecit, aut fieri fecistis seu fecit, quo minus ipsa haberetis et haberet, ymo eorum exhibicio vobis et^m ei omnino impossibilis existit. Restituerimus cum nobis, dictis nominibus et dictis domino rege et monasterio, expresse salvamus quos si de cetero apererit legitime, vos, pro predictis debere prestare aliquem censum seu aliqua iura quam sit dictum, quod ea omnia et singula eiusdem dominis sint salva et illesa, presenti instrumento in aliquo non obstante. Hec igitur, que dicta sunt

supra, facimus et paciscimus, convenimus et promittimus nos, dicti locumtenentis et baiulis vobis, dicto Francisco Giner, et vestris, necnon et notario infrascripto, tanquam publice persone, pro vobis et pro aliis eciam personis, omnibus quorum interest et intererit recipienti et paciscenti ac eciam legitime stipulanti. Actum est hoc Aqualate, vicesima quarta die mensis madii, anno a Nativitate Domini .M^o.CCCC^o. septuagesimo octavo. S+num Gondissalvi de Fries, locumtenentis. S+num Iohannis Manresa, baiuli, predictorum, qui hec laudamus et firmamus.

Testes huius rei sunt quo ad firmam dicti venerabilis Gondissalvi de Fries, locumtenentis predicti, venerabiles Gispertus Millars, mercator, et Melchior Regadell, parator pannorum lane, ville Aqualate. Sunt eciam testes firme dicti baiuli pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis qui predicta firmavit vicesima sexta proxime dictorum mensis et anni Petrus Aguilera, textor, dicteⁿ ville Aqualate, et discretus Michael Iohannis^o, scriptor Barchinone^p.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *ídem.* c. *segueix, cancel-lat, Maioris.* d. *segueix, cancel-lat, predictos.* e. *et prestare, interlineat.* f. *tenet eciam... faticha, interlineat.* g. *Sancti Cucufatis, interlineat al damunt de Liceatque, cancel-lat.* h. *dictis nominibus, interlineat.* i. *dictum, interlineat al damunt de alium, cancel-lat.* j. *censibus predictis ac, interlineat.* k. *legi, interlineat.* l. *segueix, cancel-lat, suis nec sui ubi.* m. *segueix, cancel-lat, et.* n. *segueix, cancel-lat, discretus.* o. *segueix, cancel-lat, notarius civis B.* p. *tot l'instrument, ratllat amb tres ratlles verticals.*

573

1478, juny, 2. Igualada

Jaume Maçana, sabater, habitant del lloc de Copons, abans de la vila d'Igualada, fill i hereu universal de Caterina, vídua d'Antoni Maçana, per pagar un deute a Felip Vallès, barber de la predita vila, li fa donació de tots els drets que li pertanyen contra Pere Canaletes, major d'edat de l'esmentada vila, per valor de 44 sous.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 155r-155v.

Die martis, .II. iunii, anno predicto.

Ego, Iacobus^a Massana^b, sutor, nunc habitator in loco de Coponibus, olim vero ville Aqualate, filius et heres universalis

domine Catherine, uxor venerabili Anthonii Maçana, quondam, parentum meorum, prout de ipsa universali herencia constat per testamentum eiusdem matris mee, quod fecit et firmavit in posse rectoris et notarii ecclesie de Coponibus, die et anno in illo contentis, in solutum et satisfaccionem consimilis quantitatis peccunie quam debeo vobis, Filipino Valles, barbitonsori ville Aqualate, racione finacionis compotis variis ex causis [f. 155v] inter me et vos datis, do, cedo et mando vobis, eidem Filipino Valles, et vestris et quibus volueritis omnia iura omnesque acciones reales et personales, mixtas utiles, *et cetera*, michi pertinencia et pertinentes adversus seu contra venerabilem Petrum Canaletes, maiorem dierum dicte ville, in illis quadraginta quatuor solidis Barchinone quos idem Petrus Canaletes michi, ut heredi predicto, debet mediante quodam albarano eius propria manu scripto, causis et racionibus in^e illo contentis. Quibus iuribus *et cetera*, possitis petere, exhigere, recipere *et cetera*. Et inde apocham vel albarana *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Dicens et intimans *et cetera*. Promitens facere, habere et tenere *et cetera*. Et tenebor de eviccione *et cetera*, tali forma quod facta exequucionem in bonis dicti Petri Canaletes usque ad vendicionem pignoram, si dictis debitis non poteritis exhigere *et cetera*, nec habere, eo casu promito vobis dare et solvere dictum debitum *et cetera*. Et solvere missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, venerabiles Matheus Venrell et Bernardus Venrell, mercatores ville Aqualate, ac Iohannes Serralonga, scriptor Barchinone.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, filius et.* c. *segueix, cancel-lat, illo.*

1478, juny, 2. Igualada

Pere Tou, prevere del benefici de Sant Antoni i Santa Margarida de l'església de Rubió, reconeix a Pere Jover, Joan Liró i Pere Pinós, jurats de la vila de Copons, haver rebut 36 sous per ordre de la cort, que li pertanyien com a beneficiat, corresponents a tres pensions d'un censal de 12 sous de pensió que [...] Muntaner, paraire de draps de llana de la vila de Cervera, com

a principal i aquests, com a fidejussors, li deuen, i que corresponen als anys 1477, 1478 i 1479, juntament amb 3 sous en concepte de despeses fetes a la cort del degà de la vila d'Igualada.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 155v.

Die .II. iunii.

Sit^a omnibus notum quod ego, Petrus^b Tou, presbiter beneficiati beneficii Sancti Anthonii et Sancte Margarite, in ecclesie de Robione instituti, confiteor et recognosco vobis, Petro Iover, Iohanni Liro et Petrus Pinos, iuratis anno currenti universitate loci de Coponibus, licet absentibus, fideiussoris in censuali subscripto, quod vi et districtu curie et vigore fideiussionis subscriptarum solvistis et tradidistis michi^c, per manus Francisci Ballester, eiusdem loci de Coponibus^d, vobis exsoluendi^e, ex una parte triginta sex solidos Barchinone michi, ut beneficiato predicto^f, debitos et pertinentes pro tribus pensionis illis censualis mortui pensionis annue .XII. solidos Barchinone, quod... Muntaner, parator pannorum lane^g ville Cervarie, principalis^h, et vos, nomine dicti universitatis, fidemiussoresⁱ michi, dicto nomine, facitis et^j prestatis ac facere et prestare tenemini singulis^k in festo sancti Marchi Evangeliste, pro annis, videlicet, .M.CCCC.LXXVI., septimo et .VIII.^l; solvistis eciam, ex alia parte, pro missionibus in curia honorabilis decani ville Aqualate factis tres solidos dicte monete. Et ideo, renunciando *et cetera*^m.

Testes huius rei sunt venerabilis et discretus Petrus Augutinus de Colle, presbiter ville Aqualate, et discretus Franciscus Prunera, presbiter, rectorⁿ ecclesie castri de Thous^o.

a. *al marge esquerre*, Notatum in libro comuni, *i* Fiat cum cessione que dicta prima valeat. b. *al damunt del nom*, *dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. c. fideiussoris in ... michi, *interlineat*. d. *segueix, escrit al marge esquerre i cancel-lat*, vi et districtu curie et, *i*, *sense cancel-lar*, vigore fideiussionis subscrite. e. *segueix, cancel-lat*, solvistis et tradidistis michi vi. f. ut beneficiato predicto, *interlineat*. g. parator pannorum lane, *interlineat*. h. *segueix, cancel-lat i interlineat*, michi dicto nomine *i*, *sense interlineat*, facti per. i. *segueix, cancel-lat*, factis est. j. et vos, nomine ... et, *interlineat*. k. *segueix, cancel-lat*, et suo tem. l. pro annisVIII., *interlineat*. m. *segueix un espai en blanc corresponent a setze línies*. n. *segueix, cancel-lat*, de Coponibus. o. *tot l'instrument ratllat amb una ratlla vertical*.



575

(?). Igualada

Gonçal de Fries, lloctinent, arrenda a Nicolau Puiggròs, paraire de la vila d'Igualada, tots els drets i rendes que el rei rep a la vila d'Igualada, pel preu de 20 lliures, les quals promet pagar en tres terminis de quatre mesos.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, full solt.

.XXV. [...] ^a .VI. diebus presentis.

Iacobi Mer[quet] [...] se^b [...] palam et [...] per villam Aqualate tradimus et I[...] regalia dicte ville Nicholao Puiggros, precio .XX. librarum tanquam plus dicenti, pro quolibet anno [...] pro se aut pro quo ipse voluerit Gondissalvus de Fries, locumtenentis *et cetera*, a festo Nathalis Domini .M.CCCC.LXXVII., ad duos annos tunch proxime sequentes, arrendo vobis, Nicholao Puiggros, paratori dicte ville, redditis et iura^c, que dictus rex recipit in villa Aqualate et eius terminis cum capibrevio eorundem precio .XX. librarum pro unius quoque annorum^d. Et ideo, renunciando, promito nomine domini regis tenere de eviccione, et solvere missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona et iura regia *et cetera*. Ad hec ego, dictus Nicholaus Puiggros, acceptans *et cetera*, promito solvere^e annis singulis dictas .XX. libras cuiuslibet anni per tres equales soluciones fiendas, videlicet, de quatuor in quatuor menses, Sine dilacione *et cetera*. Sub pena tercii *et cetera*. Cum salario procuratoris .V. solidis *et cetera*. Et solvere missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo personam et bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

a. un bon tros del marge superior esquerre es troba malmès. b. segueix, cancel·lat, tradidisse. c. segueix, cancel·lat, que de di[...]. d. pro unius quoque annorum in terlinea. e. segueix, cancel·lat, dictum.

576

1478, juny, 9. Igualada

Guiu de Maira, prevere resident a la vila d'Igualada, constitueix procurador seu Pere Soler, cirurgia de la vila d'Igualada, perquè rebi en nom seu diners, béns i drets.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 156r.

[f. 156r] Die martis, .VIII. iunii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

Ego, Guidonus^a de Mayra, presbiter, habitator pro nunc ville Aqualate, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Petrum Soler, chirurgicum ville Aqualate, licet absentem, procuratorem meum certum et specialem, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum pro me *et cetera*, omnes et singulas peccunie quantitates, res, bona et iura michi pertinencia et pertinentes *et cetera*. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Compota audiendum *et cetera*. Et in arbitrum seu arbitros *et cetera*. Et ad lites largo modo *et cetera*, cum potestate substituendi unum vel plures procuratores *et cetera*. Et genraliter *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum emorum obligo *et cetera*.

Testes, Petrus Ledo, textor, et Anthonius Çabata, manyanus, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

577

1478, juny, 13. Igualada

Joan Pasqual, paraire de draps de llana de la vila d'Igualada, procurador de Joan Pellicer, clergue titular dels beneficis de Sant Abdó i Sant Senén, i de Sant Marc, instituïts a l'església de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor de Pere Ferrer, tapiner de la predita vila, hereu dels difunts Pere Ferrer, botiguer, i Lluç Ferrer, prevere, per la quantitat de 60 sous en concepte de pensions d'un censal de 30 sous cadascuna, pagats per ordre de la cort, a prestar per en Pere Queralt, Bernat Queralt, principals, i Pere Ferrer, oncle seu, com a fidejussor; pagà també 60 sous en concepte de despeses fetes a la cort de la vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 156r.

Die sabati, .XIII. iunii, anno predicto.

Ego, Iohannes^a Paschalis, parator pannorum lane ville Aqualate, procurator ad hec et alia legitime constitutus et ordinatus a discreto Iohanne Pellicer, clerico beneficiato beneficiorum Sanctorum Abdon et Senen, et Sancti Marchi, in ecclesie Aqualate institutorum, confiteor et recognosco vobis, Petro Ferrarii,

tapinerio dicte ville, heredi venerabilis Petri Ferrarii, quondam, botigerii, et Luce Ferrarii, quondam, presbiteri, quod vi et districtu curie et vigore fideiussionis subscribe solvistis et tradidistis michi, dicto nomine recipienti, ex una parte, sexaginta solidos Barchinone racione pensionum censualium^b, usque in diem presentem debitarum ex illo censuali mortuo pensionis annue .XXX. solidos, quod Petrus Queralt, Bernardus Queralt et alii inde obligati principales, et domini^c Petrus Ferrarii, avunculus vester, et Luchas Ferrarii, fideiussores, faciunt et prestant annis singulis dictis beneficiis et eius beneficiato. Item, ex alia parte, pro missionibus in curia honorabili^d decani dicte ville factis^e sexaginta solidos dicte monete. Et ideo, salva cessione et subscripta, presentem facio apocham de soluto. Fiat cum cessione sine eviccionem bonorum suorum obligacione contra alios obligatos, tam principales quam fideiussores.

Testes, discretus Guidonus de Maysa, presbiter, habitator, et Iohannes Manresa, parator pannorum lane ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliques per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat,* debitorum. c. *segueix, cancel·lat,* Ben. d. *segueix, cancel·lat,* baiulorum dicte ville. e. *segueix, cancel·lat,* qui.

578

1478, juny, 18. Igualada

Pere Agustí de Coll, prevere beneficiat de l'església parroquial de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor dels jurats i pròcers dels llocs de Riber i Sedó, a la vegueria de Cervera, els quals, en nom de Berenguer Arnau de Morell, donzell i castlà del predit lloc de Riber, li han entregat 5 lliures que devien al benefici de Sant Antoni de l'església d'Igualada, del qual és beneficiat [...] Tintorer, prevere de Vilafranca del Penedès.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 156v.

[f. 156v] Sit omnibus notum quod ego, Petrus^a Augustinus de Colle, presbiter beneficiatus in ecclesia parochiali Beate Marie ville Aqualate, diocesis Vicensis^b, confiteor et recognosco vobis, venerabilibus iuratis et proceribus locorum de Sadaho et de Riber, vicarie Cervarie, quod per manus honorabilis Berengarii Arnaldi de Morell, domicello^c castlani dicti loci de Riber, solvistis et tradidistis michi, numerando^d quinque libras Barchinone de

et pro illa^c maiori quantitate peccunie^f debitis ratione servitutem beneficii Sancti Anthonii, in^g ecclesia Aqualate constituti, obtenti per discretum ... Tintorer, presbiterum Villefranche Penitensis^h, de tempore guerre citra usque ad festum sancti Andree Apostoli primo venturum, debita gracia tum vobis facta de restante maiorisⁱ quantitatis. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis quinque libris, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, decima octava die mensis iunii, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC. septuagesimo octavo. S+num Petri Augustino de Colle, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt, Iohannes Anarcha, faber habitator, et Iacobus Merquet, nuncius curie baiulorum, ville Aqualate^j.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat, [...] comunitatis presbiterorum ecclesie.* c. *segueix, cancel-lat, in dicto.* d. *numerando, interlineat.* e. *de et pro illa, interlineat al damunt de vobis descendentes de, cancel-lat.* f. *peccunie, interlineat al damunt de quam, cancel-lat.* g. *segueix, cancel-lat, dicta.* h. *presbiterum Villefranche Penitensis, interlineat.* i. *maioris, interlineat.* j. *tot l'instrument, ratllat amb tres ratlles verticals.*

579

1578, juny, 13. Igualada

Francesc de Pla, de l'orde de Sant Benet, rector de la capella de Tots Sants a l'església de Sant Cugat del Vallès, procurador d'Antoni Benet de Rocacrespa, preposit del predit monestir, ratifica Joan Manresa en el càrrec de batlle de la vila d'Igualada pel present monestir, el qual accepta el nomenament.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 156v.

Honorabilis^a frater Franciscus de Plano, ordinis Sancti Benedicti, rector Omnium Sanctorum [*sic*] in ecclesie monasterii Sancti Cucufatis Vallensis, procuratorque ad infrascripta et alia legitime constitutus et ordinatus ab honorabili fratre Anthonio Benedicto de Rochacrespa, prepositi^b Penitensis pro dicto monasterio Sancti Cucufatis Vallensis, ut constat de ipsa procuracione plene constat [*sic*] instrumento inde facto et acto in monasterio Sancti Felicis Guixellensis, die .XV. mensis marcii^c proxime preteriti clausoque per discretum Ludovicum Foxa de Perpignano,

notario ville Sancti Felicis Guixellensis^d, retificavit et conformavit officium baiuli ville Aqualate pro dicto monasterio venerabili^e Iohanni Manresa, baiulo eiusdem ville pro dicto monasterio, conferens et atribuens sibi illam et eandem potestatem *et cetera*. Et dictus Iohannes^f Manresa, baiulus predictus, acceptans onus dicte baiulie, promisit esse bonus et fidelis dicto^g monasterio et eius conventui, utilia perquirendi et inutilia proponere evitando, tribuensque iusticiam sub dictis et aliis personis. Et pro hiis obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit *et cetera*. Et prestitit homagium ore et manibus in posse dicti venerabilis fratris Francisci de Plano, nomine predicto, iuxta Usaticos Barchinone et Constitutiones Cathalonie generaliter.

Testes, Nicholaus Puiggros, parator pannorum lane, ville Aqualate, et Matheus Anglada, loci popule de Masquefa.

a. *al damunt d'Honorabilis, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *segueix, cancel·lat, de.* c. *segueix, cancel·lat, anno .M^o.* d. *segueix, cancel·lat, die .XV. mensis.* e. *segueix, cancel·lat, Anthonio.* f. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.* g. *segueix, cancel·lat, nomine.*

580

1478, juny, 23. Igualada

Pere Almúnia, mercader de la vila d'Igualada, reconeix haver rebut de Bonanat Lledó, del lloc de la Guardaliada, germà i legítim successor del difunt Joan Lledó, 10 florins d'or que havia rebut del seu fill Antoni Almúnia per al seu rescat quan aquell es trobava captiu a mans dels seus enemics, per la qual cosa li entrega 4 lliures de safrà (a raó de 24 sous per lliura), i el que falta per a la citada quantitat ho paga al comptat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 157r.

[f. 157r] Die martis, .XXIII. iunii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o,
 Sit omnibus notum quod ego, Petrus^a Almunia, mercator ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, Bonanato Lado, loci de la Guardialada, fratri et legitimo successori Iohannes Ledo, quondam, fratris sui, quod per modum subscriptum solvistis et tradidistis michi illos decem florenos auri quos Anthonius Almunia, filius meus, bistraxii seu per vestram [*sic*] mutui tradidit vobis^b, dicto Bonanato Ledo, pro^c suo rescato tempore quo fuerat

captus in posse inimicarum predictos .X. florenos auri. Solvistis hoc modo, quem insolutum illorum vos, dictus Bonanatus, tradidistis dicto Anthonio Almunia, filio meo, quatuor libras safrani ad forum seu racionem viginti quatuor solidorum pro libra; residuum ad complementum dictorum .X. florenos^d vos, dictus Bonanatus, tradidistis michi numerando. Et ideo renunciando *et cetera*^c.

Testes huius rei sunt frater Bernardus de Fontayna, ordinis Sancti Augustini, et Iacobus Vitalis, vile Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlles obliqües per indicar la ferma.* b. vobis, *interlineat.* c. *segueix, cancel·lat,* suo vestro. d. ad complementum... florenos, *interlineat.* e. *segueix un espai en blanc corresponent a quatre línies.*

581

1478, juny, 24. Igualada

Nicolau Giner, teixidor de la vila d'Igualada, promet restar a casa seva.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 157r.

Die mercurii, .XIII. iunii.

Nicholaus^a Giner, textor ville Aqualate, promisit tenere arrestum intus eius domum, promitens non exire *et cetera*, sub pena .XXV. librarum *et cetera*. Obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit *et cetera*.

Testes, Guillermus Regadell, parator, et Raymundus Pullina, dicte ville.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

582

[1478, juny, 24. Igualada]

Francesc Gironella, del lloc de Gironella, condemnat a la presó, promet restar dins la casa de Ramon Millars, i presta homenatge de paraula i de mans en poder d'Antoni Simon, lloctinent del batlle de la vila pel monestir.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 157r.

Franciscus^a Geronella, loci de Geronella, relaxatus a carceribus, promisit tenere arrestum intus domum Raymundi Milars, promitens non exire *et cetera* sub pena .XXV. librarum *et cetera*. Obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit *et cetera*. Et prestitit homagium ore et manibus in posse venerabili Anthonii Simon, locumtenentis baiuli dicte ville pro monasterio, recipientis nomine domini regis et monasterii.

Testes, Iohannis Giner, ville Aqualate, et Petrus Massaguer, loci de Castrina.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.*

583

[1478, juny, 24. Igualada]

Nicolau Busa, teixidor de la vila d'Igualada, condemnat a presó, promet complir arrest dins la casa del seu oncle, Nicolau Giner, i presta homenatge en poder del predit Antoni Simon.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 157r.

Nicholaus^a Busa, textor ville Aqualate, relaxatus a carceribus, promisit tenere arrestum intus domum Nicholai Giner, avunculi sui *et cetera*, promitens non exire *et cetera*, pena .XXV librarum. Obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit *et cetera*. Et prestitit homagium in posse dicti venerabili Anthonii Simon, locumtenentis predicti.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.*

584

1478, juny, 25. Igualada

Nicolau Busa, teixidor de la vila d'Igualada, i Francesc Gironella, del lloc de Gironella, ara veí d'Igualada, signen treves vàlides per un any, durant aquest temps es comprometen a no perjudicar-se, i per a major seguretat presten homenatge de paraula i de mans en poder de Nicolau Puigròs, batlle reial

de la vila; ambdues parts es comprometen davant els seus respectius amics i valedors durant el temps de les treves.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 157v.

[f. 157v] Die iovis, .XXV. iunii, anno predicto.

Ego^a, Nicholaus^b Busa, textor ville Aqualate, ex una, et Franciscus^c Geronella, loci de Geronella, pro nunc habitator ville Aqualate, ex altera partibus, gratis nos, dicte partes, facimus et firmamus inter nos treugas bonas, validas et legales duraturas a die presenti ad unum annum primo et continue venturum, et abinde donech fuerint redditis, et postquam redditis fuerint per .X. dies *et cetera*, que possint reddi personaliter vel per procuratorem in posse honorabilium baiulorum dicte ville, vel eorum locumtenentis vel alterius eorum intus dictam villam seu eius iurediccionem inventus. Promitentes dicte partes quod durantibus dictis treugis vel eorum tenenciis non faciemus tractabimus aut procurabimus alter alteri aliquid dampnum, iniuriam, dedecus vel ofensam *et cetera*. Et hoc sub pena quinquaginta librarum Barchinonensium acquirenda pro medietate curie dictorum honorabilium baiulorum vel alterius curie, et pro altera medietate parti obedienti *et cetera*. Et pro hiis obligamus personas et bona nostra et cuiuslibet nostrum *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et pro maiori premissorum tucione prestamus homagium ore et manibus in posse^d honorabilis Nicholai Puiggros, baiuli dicte ville pro domino rege ipsum homagium nomine domini regis et monasterii recipientis, *et cetera*.

Testes, Petrus Muset et Dalmacius Mercader, dicte ville Aqualate.

Item^e, dicte^f partes^g dederunt verbum sive securitatem, videlicet, pars parti pro eorum amicis et valitoribus, duraturum per tempus dictarum treugarum, sub pena .XXV. librarum. Obligarunt personas et bona *et cetera*. Et iurarunt *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *escrit al marge esquerre dues d, per debet.* b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.* c. *ídem.* d. *segueix, cancel·lat, Nicholai.* e. *al marge esquerre, d per debet.* f. *al damunt de dicte, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* g. *al damunt de partes, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

585

[1478, juny, 25. Igualada]

El predit Francesc Gironella, que es troba arrestat, promet que d'avui al proper diumenge restarà a casa de Ramon Millars o a la de Pere Franquesa, i presta homenatge de paraula i de mans en poder de Nicolau Puiggròs, batlle.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 157v.

Item^a, dictus Franciscus^b Geronella, relaxatus ab arresto, promisit quod hunch ad diem dominicam proxime tornabit in arrestum, ut die presenti, intus domum Raymundi Millars vel in domo venerabili Petri Franquesa, dicte ville, promitens non exire *et cetera*, sub pena .XXV. librarum *et cetera*. Obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit *et cetera*. Et prestitit homagium ore et manibus in posse dicti honorabilis Nicholai Puiggros, baiuli predicti.

Testes, predicti.

a. *al marge esquerre*, d *per* debet. b. *al damunt del nom*, dues ratlletes obliqües *per* indicar la ferma, i iur ho, *per* iuravit homagium.

586

1478, juny, 30. Igualada

Agustí Joan Llobet, del terme del castell d'Òdena, reconeix a Gonçal de Fries, mercader de la vila d'Igualada, tenir en comanda-dipòsit 8 florins d'or que valen 6 lliures i 16 sous, i promet que retornarà la quantitat quan la hi reclamin; també signa l'àpoca corresponent.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 157v.

Die martis, .XXX. iunii, anno predicto.

Ego, Augustinus^a Iohannes Lobet, termini castri Otine, gratis, confiteor et recognosco vobis, Gondissalvo de Fries, mercatori ville Aqualate, quod habui et recepi a vobis ac teneo in vestra comanda puro et plano deposito octo florenos auri et quatuor solidos Barchinone, valentes sex libras, .XVI. solidos. Et ideo, renunciando *et cetera*, convenio et promito restituere et tornare incontinenti *et cetera*, cum^b requisitus fuero a vobis *et cetera*, sine dilacione *et cetera*. Solvam missiones *et cetera*. Super

quibus *et cetera*. Obligo^c personam et bona mea *et cetera*. Hec igitur *et cetera*.

Testes, Nicholaus Puiggros, parator, et Filipum Valles, barberius, ville Aqualate.

Item, firmavit apocham de recepto de dictis sex libris, .XVI solidis dicte comande.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, sine.* c. *segueix, cancel·lat, specialiter.*

587

1478, juny, 28. Igualada

Guillem Cort, del lloc de Vilanova del Camí, i Joan Armengou, de la vila d'Igualada, signen treves i prometen que durant un any no es perjudicaran en res i per a major seguretat presten homenatge de paraula i de mans en poder de Nicolau Puiggròs, batlle reial de la vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 158r.

[f. 158r] Die dominica, .XXVIII. iunii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

Ego, Guillermus^a Cort, loci Villenove de Camino, ex una, et Iohannes^b Armengou, ville Aqualate, ex altera partibus, gratis nos, dicte partes, facimus et firmamus inter nos treugas duraturas a die presenti ad unum annum primo venturum, et abinde donech redditis fuerint, et postquam redditis fuerint per .X. dies tunch proxime sequentes *et cetera*, que possint reddi personaliter vel per procuratorem in posse honorabilium baiulorum dicte ville, vel eorum locumtenentis vel alterius eorum infra eorum iurediccione, convenientes et promitentes quod durantibus ipsis treugis vel earum tenenciis non faciemus alter alteri aliquid dampnum, iniuriam, dedecus vel ofensam palam et occulte, directe vel indirecte, et hoc sub pena quinquaginta librarum *et cetera*, adquirenda pro medietate parti obedienti *et cetera*, et pro altera parte illi curie oficiali *et cetera*. Obligamus personas et bona *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et prestamus homagium ore et manibus in posse Nicholai Puiggros, baiuli regii dicte ville, dictum homagium nomine domini regis et monasterii recipientis.

Testes, Bartholomeus Çabata, manyanus, et Petrus Tria, balistari, dicte ville. Et firme dicti Iohannis Armengou Simeon Bonastra, textor, et Gabriel Sartre, faber, dicte ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho per iuravit homagium.* b. *idem.*

588

[1472, juny, 28. Igualada]

Joan Soler, barber de la predita vila, promet complir dins la vila d'Igualada i el seu terme.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 158r.

Iohannes^a Soler, barberius dicte ville, sub pena .XXV. librarum *et cetera*, promisit tenere arrestum intus villam Aqualate et eius termini *et cetera*. Obligavit personam et bona *et cetera*. Renunciavit *et cetera*. Et iuravit *et cetera*.

Testes, Petrus Muset, textor, et Bartholomeus Çabata, manyanus, dicte ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

589

1478, juny, 30. Igualada

Joan Soler, barber, i Nicolau Busa, teixidor de la vila d'Igualada, es donen paraula de pau mútua, duradora pels propers sis mesos.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 158r.

Die martis, .XXX. iunii, anno predicto.

Ego, Iohannes^a Soler, barberius, ex una, et Nicholaus^b Busa, textor dicte ville Aqualate, ex altera partibus, gratis nos, dicte partes, damus verbum pars parti ad invicem, duraturum per sex menses proxime venturos^c, et abinde donech fuerit redditum et postquam redditum fuerit per .X. dies quod possit reddi in posse baiulorum vel eorum locumtenentis vel alterius eorum intus eorum iurediccionem *et cetera*. Promitentes *et cetera*. Pena .XXV.

librarum *et cetera*. Obligamus personas et bona *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, Bartholomeus Çabata, Dalmacius Mercader et Iohannes Tria, dicte ville.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
b. *ídem.* c. *segueix, cancel·lat, quod possit.*

590

1478, juliol, 3. Igualada

Antoni Rosseta, paraire de draps de llana de la vila d'Igualada, procurador de Vicenç Granell, prevere titular del benefici de Santa Maria Magdalena, instituït a l'església parroquial, exposa a Gabriel Santacana, menor, del lloc de Santa Coloma de Montbui i patró del prebit benefici, el desig del seu principal de canviar-lo per un altre, per a la qual cosa li demana el consentiment, que li és concedit.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 158v.

[f. 158v] Noverint universi quod anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXXVIII^o, die vero veneris intititata tercia mensis iulii, presente et vocato me, Petro Paulo Solanelles, notario publico subscripto, et presentibus, inquam, pro testibus Nicholao Giner, textore, Petro Balistarii, sutore, et Iohanne Manresa, paratore pannorum lane, ville Aqualate, ad hec vocatis pariter et assumptis Anthonius Rosseta, perator pannorum lane dicte ville^a, procurator, ut asseruit, et seu nomine, et pro parte discreti Vincencii Granell, presbiteri beneficiati beneficii Sancte Marie Magdalene, in ecclesia parrochiali dicte ville instituti, constitutus personaliter coram Gabriele Santacana, minore dierum, loci Sancte Columbe de Montebovino, altero ex^b patronis^c dicti beneficii, intus dictam villam Aqualate et in Platea Nova eiusdem personaliter invento, verbo dixit et exposuit coram ipso quod cum dictus eius principali occupat seu intendat permutare dictum suum beneficium pro quocumque alio beneficio ecclesiastico, et expediat consensum ipsum beneficium permutandi ab illius patronis peti pro tanto^d petitit ab ipso Gabriele Santacana, patrono predicto, dictum consensum per dictum beneficium permutandi^e dicto principali concedit. Et protinus, dictus Gabriel Santacana, patronus predictus,

respondendo verbo predictis dixit quod erat contentu et quatenus in eo erat, et sibi pertinebat dictum consensum^f petitum, prestabat^g de quibus omnibus et singulis per dictum^h Anthonium Rosseta, procuratorem predictum petitis, et per dictum Gabrielem, patronum memoratum, responsis et dictis. Dictus Anthonius Rosseta, quo supra nomine petiit et requisivitⁱ scribi et continuari et sibi eodem nomine et seu verius dicto discreto principali suo instrumentum et instrumenta fieri et tradi^j per me, dictum et subscriptum nomine. Que fuerunt acta Aqualate, die mense et anno et loco predictis, presente me, dicto et subscripto notario et testes precontentis ad premissa, ut dicitur, vocatus pariter et assumptis^k.

a. *segueix, cancel·lat*, Aqualate. b. altero ex, *interlineat*. c. *segueix, cancel·lat*, pro parte. d. *segueix, cancel·lat*, in mei dictum notarium et testium predictorum presentem. e. *segueix, cancel·lat*, sibi; *segueix, interlineat i cancel·lat*, vel. f. *segueix, cancel·lat*, prestabat. g. dictum... prestabat, *interlineat*. h. *segueix, cancel·lat*, pro. i. *segueix, cancel·lat*, per. j. *segueix, cancel·lat*, ad [...]. k. *tot l'instrument, ratllat amb tres ratlles verticals*.

591

1478, juliol, 8. Igualada

Els esposos Pere Canaletes, sènior, i Esperança, de la vila d'Igualada, reconeixen als batlles de la predita vila tenir en comanda sis quarteres i mitja de forment, com a garantia per a l'execució que s'ha de fer sobre els seus béns a instància de Vicenç Genovès, del lloc de Tous, i prometen que quan els el demanin tornaran aquest cereal o en el seu lloc 53 sous i 8 diners. Els predits esposos signen l'àpoca de l'esmentat forment.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 158v-159r.

Die mensis, .VIII. iulii, anno predicto.

Nos^a, Petrus^b Canaletes, maior dierum, et Sperancia^c, uxor eius^d, ville Aqualate, confitemur et recognoscimus tenere in comanda curie honorabilium baiulorum dicte ville, pro tuycione eiusdem curie racione^e exequcione ad instanciam Vincencii Genoves, loci de Thous, fieri requisite in bonis nostris sex quarterias et mediam frumenti boni, nitidi et receptabilis. Et ideo, renunciando *et cetera*, convenimus et promitimus dictis honora-

bilibus baiulis quod illa cum requisiti fuerimus, tornabimus in posse dicte curie dictas [f. 159r] sex quarterias et mediam frumenti aut pro illis quinquaginta tres solidos et octo denarios *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et pro hiis ego, dictus Petrus Canaletes, obligo personam meam et ambo, vir et uxor, omnia et singula bona nostra et utrumque nostrum insolidum. Renunciamus *et cetera*. Hec igitur *et cetera*.

Testes, Marchus Catarro^f, et Anthonius Simon, sutores ville Aqualate. Et firme dicte domine Sperancie qui fuit .XIII.^g dictionum mensis et anni Anthonius Mathei, laborator ville predictae, et Bernardus Giner, termini castri Eulini^h.

Item, dicti Petrus Canaletes et Sperancia, eius uxor, firmarunt apocham de recepto de dictis sex quarterias et mediam dicti frumenti.

Testes, predicti.

a. *al marge esquerre, d per debet.* b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* c. *ídem.* d. *Sperancia, uxor eius, interlineat al damunt de Petrus Canaletes, eius filius, cancel-lat.* e. *racione, interlineat al damunt de pro cancel-lat.* f. *segueix, cancel-lat, sutor.* g. *segueix, cancel-lat, iulii.* h. *l'instrument, ratllat amb una ratlla vertical; continua la següent nota al peu del document, Et die dominica, .XVIII. dictionum mensis et anni, de voluntate Anthonii Ferriol, de predictis causam habente a dicto Vincencio Genoves, fuit cancellata dicta comanda eo quia fuit sibi plenarie restitutum dictum bladum; presentibus testibus Gondissalvo de Fries et Iacobo Merquet.*

592

1478, juliol, 11. Igualada

Pere de Salcedo, domèstic d'Alfons, arquebisbe de Saragossa, i Joan Parrell, treballador i veí de la vila d'Igualada, signen treves per un any, i prometen no perjudicar-se en res durant aquest temps.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 159r.

Die sabati, .XI. iulii, anno predicto.

Ego, Petrus^a de Salcedo, alumpnus sive domesticus domini Alfonsi, archiepiscopi Cesaraugustaneum, ex una parte, et Iohannes^b Parrell, laborator, habitator ville Aqualate, ex altera partibus, gratis *et cetera* nos, dicte partes, facimus et firmamus inter nos treugas validas et legales duraturas hunch ad unum

annum et abinde donech fuerint redditis, que possint reddi personaliter vel per procuratorem *et cetera*, et postquam redditis fuerint per .X. dies *et cetera*, promittentes nos^c, dicte partes, quod durantibus dictis treugis non faciemus alter alteri aliquid malum *et cetera*, sub pena .L. librarum acquirenda *et cetera*. Prestamus homagium ore et manibus in posse venerabili Iohannis Manresa, baiuli regii nomine domini regis et monasterii recipientis.

Testes, Petrus Millars et Iacobus Merquet, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho per iuravit homagium.* b. *idem.* c. *nos, interlineat.*

593

1478, juliol, 21. Igualada


Joan Serra, de la vila de Montreial de Ribera, pastor resident amb [...], d'Esplugues, de Pallejà, constitueix procurador seu Pere Canaletes, menor, de la vila d'Igualada, perquè pugui cobrar aquells 26 sous i 8 diners que en Canals, del lloc de Rubió, li deu en concepte de quatre cabres i una esquella.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 159r.

Joan Tenat, menestral, i Simeó Bonastre, teixidor, priors de la confraria de la Trinitat i de Sant Eloi, al monestir de Sant Agustí, al terme de la vila d'Igualada, marmessors del testament del difunt Guillem Roig, teixidor de la predita vila, d'una part, i Joan Ponç, mercader de la mateixa vila, fill i hereu universal del difunt Pere Ponç, de l'altra, es comprometen amb Berenguer Artigó, doctor en lleis i ciutadà de Barcelona, com a àrbitre, perquè dicti sentència sobre 55 lliures, preu d'una casa que es troba al carrer de l'Argent, de la vila d'Igualada, anteriorment de Guillem Roig, l'últim possessor de la qual fou Pere Mas i sobre la qual hi ha un litigi a la cort del degà de la vila d'Igualada.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 165r-165v.

[f. 165r] Die mercurii, .XVI. septembris, anno predicto.


Nos, Iohannes^a Tenat, faber, et Simeon^b Bonastre, textor, ville Aqualate, priores confrarie Sancte et Individue Trinitatis et Sancti Elodii, in monasterio Sancti Augustini^c, infra terminos ville Aqualate constructo dotate, manumissores^d testamenti^e Guillermi Roig, quondam, textoris dicte ville^f, una cum aliis, ex una parte, et ego, Iohannes Poncii, mercator dicte ville, filius et heres universalis venerabilis Petri Poncii, quondam, mercatoris dicte ville, manumissoris testamenti eiusdem Guillermi Roig, parte ex altera, gratis nos, dicte partes, compromittimus in vos, honorabilem Berengarium Artigo, legum doctorem, civem Barchinone, licet absentem, tanquam in arbitrum seu arbitratorem, laudatorem et amicabilem compositorem in colligendo et proce-

dedo, et arbitrum verum et de iure in sentenciando et pronunciando inter nos, dictas partes, vobis, dicto honorabili arbitro, et nobis, dictis partis, ad invicem, per stipulacionem promissa super omnibus singulis accionibus, questionibus, petitionibus et demandis, litibus et controversiis quas nos, dicti Iohannes Tenat et Simeon Bonastra, tanquam priores et manumissores^g predicti^h possemus facere, proponere, movere seu intemptare contra vos, dictum Iohannem Poncii, ut heredem dicti patris vestriⁱ, pretextu illarum quinquaginta quinque librarum Barchinonensium que sunt precium hospicii citi in dicta villa Aqualate, in capite vici vocati *del Argent*, quod antiquitus fuit^j dicti Guillermi Roig, quondam, et ultimo fuit emptum per Petrum Mas, sutorem dicte ville^k, pretextu cuiusquidem precii seu quantitatis pendet lis in curia honorabilis decani ville Aqualate, ut in processu et actibus in dicta curia actitatis lacius continetur. Et super deppendentibus, incidentibus seu emergentibus ex eiusdem. Et eciam^l super omnibus et singulis excepcionibus et defensionibus quas una pars^m possit facereⁿ, proponere, movere seu intemptare adversus ipsas acciones, questiones, petitiones et demandas, convenientes et promittentes nos, partes iam dicte, quod super predictis comparebimus coram vobis, dicto honorabili arbitro *et cetera*, diebus et horis et locis *et cetera*. Et super eisdem procedemus et procedi volumus breviter *et cetera*. Et quod in posse vestro tractabimus dictas .XXV. libras, pene predictae, aut pignora mobilia dictam penam bene valencia *et cetera*, et quod quitquid per vos, dictum honorabilium arbitrum *et cetera*, super predictis fuerit dictum, pronunciatum, sentenciatum aut declaratum ac arbitratum de iure cum illud ratum et firmum perpetuo habebimus, tenebimus *et cetera*. Renunciantes omni appellacioni et consuetudini Barchinone per quam sit licitum a sententia arbitrari appellari *et cetera*, et quod non possimus habere recursum ad arbitrum boni viri sub pena iam dicta. Convenimus eciam et promittimus quod non opponemus seu opponi faciemus aliquam excepcionem, iuris vel facti, nec aliquam causam propter quam presens compromissus sententia seu pronunciacio vestra, aut processus vester aut aliqua que inde sequetur possit in aliquo annullari [*f. 165v*] seu viciari ullo modo, tam ex persona vestra^o, honorabilium arbitrum, quam ex personis nostris, quam eciam racione rei de qua compromittimus, quam ex quantumque racione, iure seu causa, dantes vobis, dicto arbitro, plenam et liberam potestatem quod super predictis possitis procedere et per nos procedi facere

in una vel pluribus sentenciis breviter, simpliciter cum vel sine scriptis *et cetera*, de die in diem *et cetera*, tempore feriato vel non *et cetera*, iuris ordine servato aut totaliter pretermisso. Et nobis, dictis partibus, presentibus vel absentibus, et predicta facere, tenere, servare et complere promittimus sub pena .XXV. libras acquirenda *et cetera*. Qua pena comisa vel non *et cetera*. Nichilominus *et cetera*. Et pro hiis complendis obligo utraque pars vestri parti alteri *et cetera* omnia bona^p, videlicet nos, dicti priores bona dicte confrarie, et ego, dictus Iohannes, bona mea propria *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Renunciamus, inquam, legi dicenti compromissum, pena et iuramento vallatum non valere *et cetera*. Et omni alii iuri *et cetera*. Prefigentes nos, partes iam dicte, vobis, dicto honorabili arbitro, terminum infra quem presens negocium terminetur hunch ad festum Omnium Sanctorum proxime venturum, quod possit prorogari per vos, dictum arbitrum *et cetera*, usque ad festum Nathalis Domini proxime^q. Preterea volumus nos, dicte partes iamdicte, quod casu quo contingerit expirare presens compromissus, quod omnia coram vobis, dicto honorabili arbitro, producenda habeat illam efficaciam et vim, ac si coram iudice ordinario fuissent predicta^r, volumus eciam quod de presenti nota fiant dicto publica instrumenta.

Testes firme dictorum Iohannis Tenat et Simonis Bonastre, priorum predictorum, qui predicta firmarunt die mercuii, .XVI. septembris, anno predicto, discretus Bartholomeus Puiggros, presbiter, Petrus Soler, chirurgicus, et Iohannes Pasqual, parator pannorum lane, ville Aqualate, sicut eciam testes firmarunt.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *ídem.* c. in monasterio Sancti Augustini, *interlineat.* d. *segueix, cancel-lat* et here. e. *segueix, cancel-lat*, et heredes. f. dicte ville, *interlineat.* g. *segueix, cancel-lat*, ac heredes. h. *segueix, cancel-lat*, nomine dicte confrarie. i. contra vos... vestri, *interlineat.* j. *segueix, cancel-lat*, que. k. *segueix, cancel-lat*, cuius. l. eciam, *interlineat.* m. *segueix, cancel-lat*, contra alteram. n. *segueix, cancel-lat*, contra alteram racione dicte litis super predictis locis sive causis. o. *segueix, cancel-lat*, quan dicti. p. *segueix, cancel-lat*, dicta. q. *segueix un espai en blanc corresponent a una línia.* r. *segueix un espai en blanc corresponent a una línia.*



614

[1478, setembre, 16. Igualada]

Posteriorment, Joan Tenat i Simeó Bonastre i Joan Ponç renovaren el compromís esmentat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 165v.

Postea, vero, die iovis intitulata decimanona^a mensis novembris, anno predicto, ex quo tempus dicti compromissi fuit expiratum et nullo modo supervinentis in illo declaratum, dicti venerabili Iohannes^b Tenat et Simeon^c Bonastra, priores^d manumissores^e predicti, ex una parte, et dictus Iohannes^f Poncii, filius et heres dicti venerabilis Petri Poncii^g, manumissoris predicti, parte ex altera, iterum firmarunt simile^h compromissum in dictum honorabilem Berengarium Artigo, arbitrum superius nominatum, dantes eidem similem talem et tantam potestatem que in eodem compromisso est scripta, promittentes tenere et servare omnia et singula que in ipso compromiso sint contenta sub dicta pena .XXV. librarum. Obligarunt bona et iurarunt *et cetera*. Renunciarunt *et cetera*. Et iurarunt ut superius lacius est contentum, prefigentes tum tempus sive terminum infra quem presens negocium sive compromissum terminari valeant hunch ad festum Nathalis Domini proxime venturum, quod possit prorogari per dictum honorabilem arbitrum usque ad Carnisprivum quadragesime proxime venturum.

Presentibus testibus Anthonio Ferriol et Iohannes Orpinell, clerico studente, omnes termini castri de Orpino.

a. segueix, cancel·lat, die. b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. c. *idem*. d. segueix, cancel·lat, herede. e. segueix, cancel·lat, et heredes. f. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. g. segueix, cancel·lat, here. h. simile, *interlineat al damunt de dictum, cancel·lat*.

615

1478, setembre, 18. Igualada

Galceran Romeu, paraire de draps de llana de la vila d'Igualada, reconeix a Joan Terrós, de la vila de Fraga, tenir en comanda-dipòsit tres florins d'or que valen 49 sous i 6 diners, i promet tornar aquests diners quan els hi requereixin; el receptor signa l'època corresponent.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 166r.

[f. 166r] Die veneris, .XVIII. septembris, anno .M.CCCC. LXXVIII^o.

Ego, Galcerandus^a Romeu, parator pannorum lane ville Aqualate, gratis confiteor et recognosco vobis, Iohannis Terroç^b, ville Frage, licet absentis^c, quod habui et recepi a vobis, ac teneo in vestra comanda, puro et plano deposito, tres florenos auri valentes .XXXVIII^o. solidos, .VI. denarios Barchinone *et cetera*. Et ideo, renunciando *et cetera*, restituere et tornare promitto incontinenti cum a vobis aut nomine vestro seu pro parte vestra fuero requisitus *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo personam et bona mea *et cetera*.

Testes^d, Petrus Muset, textor, et Iohannes Tria, balistarius, minor dierum, ville Aqualate.

Item, dictus Galcerandus^e Romeu firmavit apocham de recepto^f dicto Iohanni Terros de dictis .XXXVIII^o. solidos dicte comande.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, [...] dicte.* c. *Frage, licet absentis, interlineat al damunt de presenti, cancel·lat.* d. *segueix, cancel·lat, Iohannes.* e. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* f. *segueix, cancel·lat, do.*

616

[1478, setembre, 18. Igualada]

Joan Terrós, de la vila de Fraga, constitueix Joan Tenat, menestral de la vila d'Igualada, procurador seu perquè cobri els 49 sous de la comanda feta a Galceran Romeu.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 166r.

Et ego, Iohannes^a Terros, ville Frage, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Iohannem Tenat, fabrum ville Aqualate, presentem^b procuratorem meum, videlicet, ad petendum et recuperandum, recipiendum et habendum pro me et nomine meo a dicto Galcerando Romeu dictos .XXXVIII^o. solidos dicte comande. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*, tam per capcionem persone quam alia *et cetera*. Protestandum *et cetera*. Emparas *et cetera*. Et generaliter *et cete-*

ra. Promitens habere ratum et non revocare et cetera. Sub bonorum meorum obligo et cetera.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, quod hab.*

617

1478, setembre, 20. Igualada

Els germans Pere Tria, mercader, Ramon Tria i Bartomeu Tria, tots de la vila d'Igualada, d'una part, i Felip Vallès, barber de la predita vila, de l'altra, es donen paraula de pau mútua, vàlida fins que sigui retirada, i prometen que durant aquest temps no es perjudicaran.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 166r.

Die dominica, .XX. septembris, anno predicto.

Nos, Petrus^a Tria, mercator, Raymundus^b Tria et Bartholomeus^c Tria, fratres^d, ville Aqualate, ex una parte, et Filipus^e Valles, barberius dicte ville, parte ex altera, gratis nos, dicte partes, damus pars parti ad invicem et cuiuslibet insolidum^f verbum pacis duraturum donech fuerit redditum, quod possit reddi in posse honorabilium baiulorum vel eorum locumtenentis *et cetera*, et postquam redditum fuerit per .X. dies tunch proximo sequentes, convenientes et promitentes quod durante dicta securitate non faciemus, tractabimus aut procurabimus aliquid dampnum, iniuriam, dedecus vel ofensam in personis vel bonis *et cetera*, ymo si sciremus denunciaremus *et cetera*, dolo et dilacione cessantibus *et cetera*, pena .L. librarum *et cetera*. Obligamus personas et bona *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, Petrus Muset, textor, et Raymundus Pullina, blanquerius, dicte ville.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
b. *ídem.* c. *ídem.* d. *segueix, cancel·lat, ex.* e. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* f. *segueix, cancel·lat, duraturum.*

618

1478, setembre, 21. Igualada

Antoni Martí, del lloc de Jorba, constitueix Pere Soler, cirurgià de la vila d'Igualada, procurador seu perquè cobri a Vicenç Alella, de la vila de Santa Coloma de Queralt, 18 lliures, 18 sous i 6 diners, preu d'un mul.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 166v.

[f. 166v] Die lune, .XXI. septembris, anno predicto.

Ego, Anthonius^a Merti, loci de Iorba, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Petrum Soler, chirurgicum ville Aqualate, presentem procuratorem meum *et cetera*, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum pro me et nomine meo a Vincencio Alella, ville Sante Columbe de Queralto, illas .XVIII, libras^b, .XVIII^o. solidos et .VI. denarios Barchinone quos michi debet mediante instrumento publico racione precii unius muli, die et anno in illo contentis *et cetera*. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequeciones *et cetera*. Et ad lites largo modo cum potestate substituendi^c *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*, et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes, Petrus Balaguer et Marchus Stany, sutores ville Aqualate^d.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, Barchinone.* c. *cum potestate substituendi, interlineat.* d. *tot l'instrument ratllat amb una ratlla vertical; continua la següent nota al peu del document, Die veneris, .XIII. madii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o., dictus Petrus [al damunt de Petrus dues ratlletes obliqües per indicar la ferma] Soler, chirurgicus, substituit procuratorem Iohannem Flaquer, sutorem, generum [segueix, cancel·lat, meum] suum, ad ea omnia et singula que in dicto proxime instrumento est constitutus; presentibus testibus Petro Muset, textor, et Franciscus Giner, agricultor, ville Aqualate [la nota és ratllada amb una ratlla vertical].*

619

1478, setembre, 25. Igualada

Joana, muller del difunt Pere Esteve, ballester de la vila d'Igualada, reconeix a Pere Rialb, de la vila de Verdú, haver rebut 3 lliures que eren preu d'unes manxes de ferrer, d'una galleda i d'un parell de calces i, a més, li ha entregat dos cobrellits.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 166v.

Die veneris, .XXV. septembris.

Sit omnibus notum quod ego, Iohanna^a, uxor Petri Stefani, quondam, balistarii balistarum calabis, ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, Petro Rialb, ville de Verduno, quod solvistis et tradidistis michi, ex una parte^b numerando tres libras Barchinone quas vos michi dare et tradere tenebamini racione *precii de unes manxes de ferrer, de una cornuda et de un parell de calçes* quas per me et de voluntate et mandato meis vos ea vendidistis precio ipsarum trium librarum. Item, ex alia parte tradidistis michi duas lodices sive *flaçades*, videlicet, unam cardadam albam et aliam coloris livide sive *blanc*. Et ideo renunciando *et cetera*^c.

Testes, Franciscus Araigo et Anthonius Gispert, sutores dicte ville Aqualate^d.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *ex una parte, interlineat.* c. *segueix un espai en blanc corresponent a quatre línies.* d. *la resta del foli, en blanc.*

620

1478, octubre, 1. Igualada

En reunió a la cort dels batlles de la vila d'Igualada, fra Llorenç Merull, abat del monestir de Santa Cecília, de l'orde de Sant Benet, a la diòcesi de Vic, jutge i executor instituït per Nicolau Franco, nomenat orador i comissari de la Seu Apostòlica per als regnes hispànics, assignà a Francesc de Pla, monjo del monestir de Sant Cugat del Vallès, un dret vacant o pabordia amb tots els drets i pertinences, i manà a tothom d'acceptar-ho; aleshores, el predit Francesc de Pla, davant de Joan Busquets, prevere de la seu de Barcelona i beneficiat de la vila d'Igualada, procedí a la lectura del procés apostòlic i subexecució per la qual, sota les penes i sentències contingudes, es procedís a la cessió de la pabordia i tots els seus drets, la qual cosa aquest acceptà i tot seguit en féu donació; després, el mateix Francesc de Pla prometé d'exercir fidelment el seu ofici per al bé del monestir, manà que tothom fes prestació de les rendes i drets corresponents i que s'obeís en tot a l'abadia.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scriptione publice*, f. 167r-167v.

[f. 167r] Noverint universi quod cum reverendus frater Laurencius Merull, abbas monasterii Sancte Cicilie, ordinis sancti Benedicti, Vicensis diocesis, iudex et exequutor ad infrascriptam unam cum aliis, cum illa clausula quatenus vos vel duo, aut unius vestrum per vos vel alium seu alios et cetera, specialiter deputati a reverendissimo in Christo patre et domino domino domino [sic] Nicholao Franco, Dei et apostolice sedis gracia electo parentum in universis Hispaniarum regnis ac illis adiacentibus partibus, oratore et commissario cum potestate legati de latere ab eadem sede deputato, cum suis litteris pergameneis^a formam processus apostolici in se habentibus suo sigillo in cera virmilea in presso in quadam custodia ferra^b, in vetis ciricis virmili coloris in pendenti munitis, quarum datum et actum fuit Barchinone sub anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC°.LXXVIII°. die vero martis intitulata vicesima secunda mensis septembris, clausis et subsignatis per discretum Iohannem Faner, regia et apostolice auctoritatibus, notarium publicum Barchinone, contulerit et assignavit venerabili fratri Francisco de Plano, monaco monasterii Sancti Cucufatis Vallensis eiusdem ordinis Sancti Benedicti, diocesis Barchinone, preposituram Penitensis eiusdem monasterii, certo iure vaccantem cum plenitudine iurium suarum, et de eadem prepositura iuribus et pertinenciis suis universis mandaverit ipsum venerabilem fratrem Franciscum de Plano, monacum predictum, in possessionem inducti, per quem processum quantum in eo fuit iam dictum venerabilem Franciscum de Plano in possessionem dicte prepositure iuriumque et pertinenciarum eiusdem induxit, mandando universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, comtoribus tam cathedralicium quam collegiatorum canonicis parrochialumque ecclesiarum, rectoribus seu locumtenentis eorundem, vicariis, capellanis, beneficiatis et presbiteris^c aliisque in iamdicto procesu contentis, prefatum venerabilem fratrem Franciscum de Plano vel procuratorem suum eius nomine, in corporalem et actuaalem possessionem dicte prepositure iuriumque et pertinenciarum universorum eiusdem auctoritate, ipsius domini iudicis et exequutor, ymmo verius apostolica inducerent et inductum defenderent, et nichilominus omnia alia^d et singula ipso domino iudicis et exequutori comissa plenarie exequerentur iuxta traditam seu directam in prefatis litteris apostolicis formam, prout hec et quam plura alia in prefato processu laciis sunt contenta. Pro tanto, die iovis intitulata, prima die mensis octobris, anno

predicto a Nativitate Domini .M^o.CCCC^o.LXXVIII^o., presente et vocato me, Petro Paulo Solanelles, notario publico ville Aqualate subscripto, et presentibus, inquam, Marcho Catarro, sutore, et Petro Mallendrich, paratore, ville Aqualate, ac Berengario Cornet, filio venerabili Anthonii Cornet, mercatoris, civis Barchinone, pro testibus ad hec vocatis pariter et assumptis, dictus venerabilis frater Franciscus de Plano, monachus memoratus, constitutus personaliter coram discreto Iohannes Busquets, presbitero in sede Barchinone ac in ecclesia dicte ville Aqualate beneficiato in dicta villa Aqualate [sic] et coram domo curie honorabilium baiulorum ville eiusdem personaliter invento, quem in subexequtorum suum et dicti processus apostolici predicti elegit et nominavit, obtulit et presentavit eidem venerabili Iohanni Busquets, ac per me, dictum et subscriptum notarium, legit, petiit et requisivit procesum apostolicum [f. 167v] prefatum, requirens eundem discretum Iohannem Busquets, presbiterum per ipsum, ut premititur, in subexequtorum electum quatenus virtute illius clausule generalis subdelegatorum que incipit ceterum in processu predicto contente, et sub penis et sentenciis in eodem processu latis et fulminatis, quatenus ad tradendum sibi possessionem corporalem dicte prepositure^e iuirumque et pertinenciarum universorum eiusdem, quavis in hac parte pertineat et spectet cum ipsa villa Aqualate pro dimidia sit de pertinenciis dicte prepositure et alia faciendum procederet, prout in processu iamdicto sibi traditur in mandatis; dictus, vero, discretus Iohannis Busquets, subexequtor predictus, habitis dictis litteris ac processu pro lectis certificatus, ut dixit, de contentis in eisdem, acceptavit sponte^f onus predicte subexequcionis tanquam obediencie filius oferens se paratu complere requisita, et de facto ad alios actos non divertendo in presencia mei, dicti notarii et testium predictorum, accepit dictum venerabilem fratrem Franciscum de Plano per manos, et introduxit ipsum intus domum dicte curie baiulorum ubi acta iudicialia, civilia^g et criminalia in dicta villa^h pertractavit, et introduxit ipsum intus domum dicte curie, et fecit eciam sedere pro tribunali in scanno ubi iusticia ministratur per baliulum dicte ville pro dictoⁱ monasterio Sancti Cucufatis Vallensis, et recedendo ab ipso scanno clausit et aperuit iannuas portalis domus eiusdem, et conformavit in officio baiulie dicte ville pro dicto monasterio venerabili Iohanni Manresa, qui dictum officium regebat pro eodem monasterio, atribuens illam et eandem potestatem qualem

et quantam per alios predecessores suos in dicta prepositura, et dari et tradi solvat; et dictus Iohannis Manresa prestitit iuramentum et homagium in manu et posse dicti venerabilis Francisci de Plano, prepositi predicti, virtute cuius promisit dictum officium^j fideliter, legaliter atque bene regere et exercere iusticiam, quibus decet ministrare iura et regalias dicti monasterii et preceptorie in dicta villa, et eius terminis defendere, et tueri valia dicto monasterio perquirendo et invalia pro posse evitando; mandavit, itaque, dictus venerabilis subexequtor generali universis et singulis personis cuius status seu condicionis existant, que ad prestacionem aliquorum redditum et iurium dicti monasterii et prepositure, et alia^k quomodolibet teneatur quatenus habentes pro vero preposito dicte prepositure dictum venerabilem fratrem^l Franciscum de Plano eidem, vel procuratori suo, et cui seu quibus voluerit et nemini alii pareant, respondeant et obediant integriter de eiusdem tradidistisque possessionem de domo abbacie sive rectorie ville eiusdem, que hospicium sive posata reverendi domini abbatis dicti monasterii et sui venerabili preposito esse dicitur per tradicionem veritas eiusdem; et hoc omnia et singula facti et gesta fuerunt in signum vere realis et actualis possessionis per dictum subexequtorem tradite, et per dictum venerabilem fratrem Franciscum de Plano de dicta prepositura adepti de quibus omnibus et singulis sich peractis, scilicet, dum singula agebatur^m dictus venerabilis frater Franciscus de Plano petiit et requisivit per ordinem scribi et continuari et sibi fieri et tradi unum et plura et *tot* quod petierit instrumenta publica per me, notarium supra et infrascriptum. Que fuerunt acta *et cetera*.

a. pergameneis, *interlineat al damunt de apostolicis, cancel-lat*. b. *segueix, cancel-lat, un mot*. c. *segueix, cancel-lat, decanis archidiaconis*. d. *alia, interlineat*. e. *segueix, cancel-lat, quatenus in hac parte pertineat seu spectet cum ipsam*. f. *sponte, interlineat*. g. *civilia, sobreescrit al damunt de civiliter*. h. *in dicta villa, interlineat*. i. *dicto, interlineat*. j. *segueix, cancel-lat, bene*. k. *et alia, interlineat*. l. *fratrem, interlineat*. m. *segueix, cancel-lat, un mot*.

1478, octubre, 3. Igualada

Antoni Mateu, major d'edat, de la vila d'Igualada, per al pagament de les quatre lliures que deu a Pere Baucells i Joan Baucells, del lloc del castell d'Aguiló, en concepte del que manca del

dot de Sibil·la, mare d'aquests, els fa donació de tots els drets que li pertanyen contra Pere Canaletes, major d'edat, pel valor de la quantitat predita.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 168r.

[f. 168r] Die sabati, .III. octobris.

Ego, Anthonius^a Mathei, maior dierum ville Aqualate, insolutum illarum quatuor librarum Barchinonensium quas debeo vobis, Petro Baucells et Iohanni Baucells, loci de castris de Aguilone, racione reste dotis domine Sibilie, matris vestre, do, cedo et mando vobis, eisdem Petro Baucells et Iohanni Baucells ac eidem domine Sibilie, matri vestre, omnia iura omnesque acciones reales michi pertinencia et pertinentes adversus seu contra venerabilem Petrum Canaletes, maiorem dierum dicte ville Aqualate, in illis quatuor libris dicte monete quas michi debet mediante quodam albarano eius propria manu scripto .XXVIII. marcii, anno .M.CCCC.LXXVII^o., causis et racionibus in illo contentis. Quibus iuribus et accionibus supradictis *et cetera* possitis petere. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Dicens et intimans *et cetera*. Promitens facere, habere et tenere *et cetera*. Et tenebor de eviccione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, discretus Bartholomeus Puiggros, presbiter, et Marchus Catarro, sutor, dicte ville Aqualate^b.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
b. *continua la següent nota al peu del document, Die .VII^o. decembris dicti anni, Iacobus Merquet, nuncius iuratus curie honorabilium baiulorum, retulit se instante et requirente dicto Anthonio Mathei intimasse et notificasse dictum locum et cessionem dicto Petro Canaletes, iniungens eidem quatenus de dictis quatuor libris respondeat dicto Petro Baucells et Iohanni Baucells ac eidem domine Sibilie, eorum matri.*

622

1478, octubre, 7. Igualada

Pere Vell, teixidor, fill del difunt Antoni Vell, de la vila d'Igualada, en virtut del jurament que ha prestat, promet als batlles de la vila que del dia d'avui fins al proper dissabte se'ls lliurarà i que no se n'anirà sense permís.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 168r.

Die mercurii, .VII. octobris, anno predicto.

Petrus^a Vell, textor, filius Anthonii Vell, quondam, ville Aqualate, vigore iuramenti et homagii et pene .XXV. librarum quam gratis sibi imposuit, convenit et promisit honorabilibus baiulis quod hunch ad diem sabati proxime venturum se mitet captum in manu et posse ipsorum honorabilium baiulorum, et non recedet ab eis sine licencia^b et cetera. Obligavit personam et bona et cetera. Et iuravit et cetera. Et prestitit homagium in posse venerabili Iohannis Manresa, baiuli dicte ville pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis, ipsum homagium nomine domini regis et dicto monasterio recipientis.

Testes, Filipus Valles, barberius, et Anthonius Segarra, agricultor, dicte ville.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, per.*

623

1478, octubre, 26. Igualada

Antoni Mateu, major d'edat, de la vila d'Igualada, amb el consentiment de Sibil·la Vilanova, ven a Pere Tria, mercader de la mateixa vila, pel preu de 10 lliures, tots els drets que li pertanyen sobre un tros de terra que es troba prop del portal de Soldevila, a la vila d'Igualada, i que havia comprat a Eulàlia, muller del difunt Berenguer Oller, àlies Fons, teixidor de la predita vila, i als seus fills Guillem Fons, teixidor, i Amador Fons, clergue, amb carta de gràcia per la mateixa quantitat; Antoni Mateu i Sibil·la Vilanova signen l'època de la venda.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 168r-168v.

Die lune, .XXVI. octobris, anno predicto.

In Dei nomine. Ego, Anthonius^a Mathei, maior dierum ville Aqualate, gratis et cetera, cum assensu et voluntate domine Sibilie^b Vilanova, inferius firmantis et consentientis, vendo et concedo atque transfero vobis, Petro Tria, mercatori ville Aqualate, presenti et acceptanti, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totum ius et quitquid iuris et accionis michi pertineat seu spectet super illa parte exitarum sive terre trocii quam vel quod ego emi a domina Eulalia, uxore Berengarii Oller, alias Fons,

quondam, textoris dicte ville, Guillermo Fons, textore, et Amatore Fons, clerico dictorum coniugum filiis, instrumento tamen gracie redimendi precio .X. librarum Barchinonensium, citi in termino dicte ville, satis prope portale de Soldevila, prout iam est fixuratum et designatum, prout de vendicione per dictos dominam Eulaliam, Guillermm Fons et Amatorem Fons michi facte plene [f. 168v] [constat]^c instrumento inde in presenti scribania recepto .XXIII. die mensis iulii, anno a Nativitate .M.CCCC.LXXVII^o. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Precium est aliarum decem librarum dicte monete. Et ideo, renunciando *et cetera*, dono et remito *et cetera*. Promito teneri de eviccionem *et cetera*. Pro contractibus propriis cum *et cetera*. Et solvere missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo pro hiis bona *et cetera*. Promito non contrafacere vel venire iure aliquo causa vel eciam racione. Sub bonorum meorum obligo. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, venerabilis Martinus de Parega et magister Petrus Navarro, sartor, pro nunc degentes in villa Aqualate.

Item, dicti Anthonii^d Mathei^e et Sibilia^f Vilanova, predicta, firmarunt apocham de soluto dicto Petro Tria, emptori predicto, de dictis decem libris dicti precii quasque dicta domina Sibilia confessa fuit eas recepisse. Et ideo, renunciando *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *ídem.* c. *manca al manuscrit.* d. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* e. *segueix, cancel·lat, firmavit apocham de soluto.* f. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

1478, novembre, 12. Igualada

Miquel Oliver, teixidor, abans de la vila d'Igualada, ara de la vila d'Anglesola, per als propers cinc anys lloga, a Antoni Gispert, sabater de la vila d'Igualada, un tros de terra part campa i part plantada "a tires" que es troba al castell d'Òdena, al lloc anomenat Trobadiners, i també la Roqueta, el qual és tingut per la capellania de Sant Pere de la seu de Vic amb un cens de 3 sous; li lloga un altre tros de terra erma que es troba al mateix terme, al lloc anomenat els Puigs, el qual és tingut

pels hereus de Joan Ferrer, donzell i senyor dels Dornells, amb un cens de 2 sous; el preu de l'arrendament és de 5 sous anuals; Miquel Oliver signa l'època corresponent.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 168v.

Die iovis, .XII. novembris, anno predicto.

Ego, Michael Oliver, textor, olim ville Aqualate, nunc vero ville Angulario, gratis ad quinque annos primo et continue venturos et inmediate sequentes mito seu loco vobis, Anthonio Gispert, sutori dicte ville, et quibus volueritis quoddam terre trocium partim campum et partim plantatum a tires, citum in termino castris Otine, loco vocato *Trobadiners* alias *la Roqueta*, prout terminatur ab una parte cum honore Iacobi Ferriol qui fuerat Filipi Ferrer; ab alia parte cum terre trocio Iacobis Tenat, et cum quodam camino qui ibi est quo tenditur a *les Comes*; ab alia parte cum Guillermo Francoli, sartor. Et tenetur per capellaniam Sancti Petri Vicensis, ad censum trium solidorum Barchinone, anno quolibet certo termino solvendorum. Item, et illud terre trocium meum eremum, citum in dicto termino, in loco vocato *los Puigs*. Terminatur cum^a camino quo tenditur versus Calafi; ab alia parte cum terre trocio heredum Anthonii Cardona, quondam; et ab alia parte cum terre trocio Vincencii Matestach, quondam. Et tenetur per successores in hiis Iohannis Ferrer^b domicelli domini domus *dels Dornells*, ad censum duorum solidorum. Hoc itaque logerium et cetera. Sicut melius et cetera. Extrahens per ipsum tempus et cetera. Cedens iura et cetera. Ego, enim^c, pro huiusmodi logerio tenemini dare pro uno quotque dictorum quinque annorum quinque solidorum. Et ideo, renunciando et cetera, promito facere, habere et tenere et tenebor de eviccionem per ipsum tempus, et solve missiones et cetera. Super quibus et cetera. Obligo bona et cetera. Et iuro et cetera. Teneamini, inquam, vos pricare dictas planas, fodere, arare et facere omnia ad agriculturam dicti trocii suis temporibus pertinencia, ad usum et consuetudinem boni aratoris et cetera. Ad hec ego, dictus Anthonius Gispert, acceptans dictum logerium promito facere et complere omnia et singula supradicta et cetera. Sine dilacione et cetera. Et solvam missiones et cetera. Super quibus et cetera. Obligo bona et cetera. Et iuro et cetera.

Testes, discretus Bartholomeus Puiggros, presbiter, Franciscus Balaguer, ballistarius, ville Aqualate, et Petrus Colet, faber termini castris Otine.

Item, dictus Michael Oliver firmavit apocham dicto Anthonio Gispert de *tot* dicto logerio per tempus sictorum quinque annorum *et cetera*. Et ideo *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *segueix, cancel·lat*, q. b. *segueix, cancel·lat*, domus. c. *segueix, cancel·lat*, hoc.

625

1478, novembre, 16. Igualada

Pere Colldesaença, menestral de la vila d'Igualada, i Pere Aguilera, priors de la confraria de la Santa Trinitat i de Sant Eloi, de la predita vila, en presència d'Antoni Mateu, mestre Navarro, sastre, i Pere Aguilera, teixidor, tots de la vila d'Igualada, els requereixen els comptes de l'any passat de la predita confraria.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 169r.

Die lune, .XVI. novembri, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

Dicta^a die, presente et vocato me, notario subscripto, et presentibus, inquam, pro testibus Anthonio Mathei, maiore dierum^b, et magistro Navarro, sartore, ville Aqualate, pro testibus ad hec vocatis specialiter et assumptis Petrus Aguilera, textor ville Aqualate, constitutus personaliter coram Petro Colldesaença, fabro dicte ville, priore una^c secum, dicto Petro Aguilera, confratrie Sancte Trinitatis et Sancti Elodii, dicte ville, in platea Bladi dicte ville ad invento, verbo requisivit eundem Petrum Colldesaença, quatenus det compotum et racionem, in manu illorum quorum interest, de compotis dicte confrarie de anno proxime preterito^d quo ipsi fuerunt priores eiusdem^e, quod ipse rexit et gubernavit et tenet in suo posse, ex eo quia ipse fuit conventus iudicialiter sub tradicionem ipsorum compotorum, alia protestatus fuit de dampnis, expensis et aliis licitis protestari. Et dictus Petrus Colldesaença respondendo verbo dixit *que est prest e aparelat donar lo compte si e enquant a ell se pertangue, emperò, tant quant és de cartes ne scriptures de la dita confraria* dixit *que no·y sab res ne creu ésser·hi tengut*. De quibus omnibus *et cetera*, dictus Petrus Aguilera petiit et requisivit instrumentum fiendi *et cetera*. Que fuerunt *et cetera*.

a. *escrit al marge esquerre*, Aguilera. b. *segueix, cancel·lat*, dicte ville. c. *segueix, cancel·lat*, cum. d. proxime preterito, *interlineat*. e. eiusdem, *interlineat*.

626

1478, novembre, 16. Igualada

Pere Colldesaça, menestral de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor del seu germà Bartomeu, del mateix ofici, per la quantitat de 10 lliures que li llegà en el seu testament llur pare Antoni Colldesaça, mestre de cases, difunt.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 169r.

Sit omnibus notum quod ego, Petrus^a Colldesaça, faber ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, Bartholomeo Colldesaça, quondam, fabro dicte ville, fratri meo, filio et heredi universali Anthonii Colldesaça, quondam, magistri domorum patrisque^b mei^c, quod solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, numerando illas decem libras Barchinone quas dictus^d Anthonius Colldesaça^e, pater noster, michi legavit in suo ultimo testamento. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis decem libris, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, sextadecima die mensis novembris, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC.LXX. octavo. S+num Petri Colldesaça, predicti, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt venerabiles et discretus Petrus Augustinus de Colle et Bartholomeus Puiggròs, presbiteri^f dicte ville Aqualate^g.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. *segueix, cancel·lat*, nostri. c. filio... mei, *interlineat*; *segueix, cancel·lat i interlineat*, presenti; *segueix, cancel·lat*, presente. d. dictus *sobreescrit al damunt de discretus*. e. *segueix, cancel·lat*, quondam, lapicida et magister domorum. f. *segueix, cancel·lat*, ville. g. *tot l'instrument, ratllat amb tres ratlles verticals*.

627

1478, novembre, 25. Igualada

Pere Agustí de Coll i Bartomeu Puiggròs, preveres beneficiats a l'església de la vila d'Igualada, en nom de la comunitat

constitueixen procurador seu Joan Busquets, prevere beneficiat de la mateixa església, ara resident a la ciutat de Barcelona.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 169r.

Die mercurii, .XXV. novembris, anno predicto.

Nos, Petrus^a Augustinus de Colle^b et Bartholomeus^c Puiggros, presbiteri beneficiati in ecclesia Aqualate, in ausencia aliarum presbiterorum beneficiatorum, comunitatem in eadem ecclesia facientes et representates, ex certa sciencia constituimus et ordinamus procuratorem nostrum, ad lites largo modo, cum potestate substituendi, discretum Iohannem Busquets, presbiterum in eadem ecclesiam beneficiatum, in civitate Barchinone pro nunc residendum *et cetera*. Pronunciantes *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum nostrorum obligamus *et cetera*.

Testes, Bartholomeus Tria et Laurencius Regadell, paratores ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, presbiter.* c. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

628

1478, novembre, 27. Igualada

Aldonça, vídua de Baltasar Bages, mercader de la vila d'Igualada, com a possessora de tots els béns del seu difunt marit i com a tutora del seu fill Pere Bages, constitueix Joan Busquets, prevere i germà seu, procurador perquè pugui rebre en nom seu tots els diners que li pertanyin per qualssevilla raons i per a treure diners de les taules de canvi de la ciutat de Barcelona.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 169v.

[f. 169v] Die veneris, .XXVII. novembris, anno predicto.

Ego, Aldoncia^a, uxor venerabilis Baltesaris Bages, quondam, mercatoris^b ville Aqualate, tenens et possidens omnia et singula bona et iura dicti viri mei pro meis dote et spotalicio, et ut tutoribus data, constituta et assignata per curiam honorabilium baiulorum dicte ville^c, persone et bonis Petri Bages, filii comunis michi et dicte quondam viro mei, ex certa sciencia, agens in hiis cum auctoritate et decreto dictorum honorabilium baiulorum,

constituo et ordino vos, discretum Iohannem Busquets, presbiterum, fratrem meum, presentem, procuratorem et actorem meum et dicte curie, videlicet, ad petendum, exigendum, recipiendum et habendum pro me et dictis nominibus, et pro dicta curia omnes et singulas peccunie quantitates dicte hereditate et curia debitas et pertinentes quibusvis rationibus, iuribus, titulis sive causis *et cetera*. Et inde apocham vel apochas, fines et difinitiones, et quovis titulo, cessiones faciendum et firmandum; item ad levandum quacumque peccunie quantitates a tabula cambii sive depositorum civitatis Barchinone vel ab aliis tabulis *et cetera*. Et illas alii dici et scripsi faciendum *et cetera*. Et quovis exequiones *et cetera*. Et ad lites largo modo cum potestate substituendi *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum et dicte tutele obligacione *et cetera*.

Testes, Iohannes Soler, loci de Sancte Columbe de Montebovino et Petris Sanxis, de Terol, regni Aragonum, commorans cum dicta domina constituyente.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, dicte.* c. *segueix, cancel·lat, bone.*

629

1478, novembre, 28. Igualada

Gabriel Puiggròs, del terme del castell de Rubió, reconeix a Francesc Giner tenir en comanda seva trenta-quatre ovelles i vuit cabres, i convé amb ell que pels propers tres anys les pasturarà, i que al final d'aquest temps es repartiran el ramat a parts iguals, com també tot el guany que doni el ramat d'anyells, llana i altres coses.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 169v.

Die sabati, .XXVIII. novembris, anno predicto.

Ego, Gabriel^a Puiggròs, termini castri de Robione, gratis confiteor et recognosco vobis, Francisco Giner, agricultori, ville Aqualate, quod habui et recepi et teneo in vestra comanda ad parciarum subscriptam triginta quatuor oves et octo capras. Et ideo, renunciando *et cetera*, convenio et promito vobis quod per tres annos primo et continue venturos tenebo dictam comandam

et dicta bestiarum regam et gubernabo, seu regi et gubernari faciam ipsamque salliam, et custodiam et alia faciam que circa utilitatem dicti bestiarii tenear, et quod in fine dicti temporis, veniendo vobiscum, ad divisionem, partiremus inter nos dicta bestiarum equis partibus, scilicet, medium per medium, vera si interim^b ut hec est non completo ipso tempore dictorum trium annorum, ego provocarem vos ad divisionem, eo tunc vos habeatis et possitis recuperare dictas .XXXIII. oves et .VIII. capras sine aliqua retencione, et totum id quod processerit ex dictis bestiariis, videlicet, de *nadons* et de lana et alio lucro dividatur inter nos medium per medium; promittens vigore iuramenti per me inferius prestiti denunciare vobis veritatem dicte comande, et dare computum et rationem de eadem et de fructibus eiusdem, et facere et complere predicta *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Et solvere missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Gondissalvi de Fries, Paulus Puiggros et Raymundus Pullina, ville Aqualate^c.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliques per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, ego provocarem.* c. *tot l'instrument, ratllat amb una ratlla ondulant.*

630

[1478, novembre, 22. Igualada]

Gabriel Puiggròs rep en comanda de Francesc Giner, vint-i-dos moltons a raó de 14 sous cadascun, d'una banda i, de l'altra, tretze moltons a raó d'11 sous cadascun; promet pasturar-los i al final del temps repartir la comanda i tots els beneficis a mitges.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 169v-170r.

Item, cum alio instrumento dictus Gabriel^a Puiggros, fecit et firmavit aliud instrumentum comande dicto Francisco Giner ad medium lucrum, ex una parte de viginti duobus mutonibus et extimatis ad rationem .XIII. solidos pro mutone, et ex alia parte^b [f. 170r] de terdecim mutonibus extimatis ad rationem .XI. solidis pro mutone *et cetera*. Promittens dictos mutones tenere, regere et gubernare, paschere, salliare et facere ea omnia que ad utilitatem ipsorum facere tenear. Et dividet dictam comandam

cum eo cum requisitus fuerit, deducto dicto capitali sive extimis predictis, dividendo lucrum quod Deus dederit in eodem bestiarii. Et denunciabit veritatem vigore iuramenti *et cetera*. Et alia faciam *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Et solvit missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligavit bona *et cetera*. Renunciavit *et cetera*. Et iuravit.

Testes, proxime dicti^c.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. *continua la següent nota al peu de pàgina*, Die martis, .XXII. decembris, anno predicto, de voluntate dictorum Francisci Giner, pro una parte, et et [sic] Gabrielis Puiggros, parte ex altera, fuerunt cancellata dicta duo instrumenta, eo quia fuit concordatum de dictis bestiariis; presentibus testibus Baltasare Soler [*segueix, cancel-lat*, q], textore, et Anthonio Rosseta, paratore, ville Aqualate. c. *tot l'instrument, ratllat amb una ratlla ondulant*.

631

[1478, novembre, 22. Igualada]

Gabriel Calvet, prevere, regent de l'església parroquial del castell d'Òdena, constitueix Bartomeu Tomàs, del terme del predit castell, procurador per rebre en nom seu tots els diners que li deuen, tant en concepte dels drets de l'església com per altres raons.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 170r.

Ego, Gabriel^a Calvet, presbiter, regens ecclesiam parrochiali castri Otine, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Bartholomeum Thomas, termini eiusdem castri, presentem, procuratorem, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum, pro me et nomine meo, omnes et singulas pecunie quantitates, res et bona michi debitas et pertinentes et que michi debeantur per quasvis personas^b tam racione iurium dicte ecclesie, mutui quam alia *et cetera*. Et inde apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et ad lites largo modo cum potestate substituendi *et cetera*. Et generaliter promitens habere ratum et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes, Iacobus Mallendrich, parator, et Iacobus Merquet, nuncius curie, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. *segueix, cancel-lat*, qu.

632

1478, desembre, 2. Igualada

Pere Canaletes (sènior) i la seva esposa Esperança, llur fill Pere Canaletes (júnior) i la seva esposa Coloma, tots de la vila d'Igualada, reconeixen a Gonçal de Fries tenir en comanda-dipòsit 7 lliures i 10 sous, i prometen retornar-li aquesta quantitat quan els la requereixin; els receptors signen l'àpoca corresponent.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 170r.

Die mercurii, .II. decembris, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

Nos, Petrus^a Canaletes, maior dierum, Sperancia^b, eius uxor, Petrus^c Canaletes, dictorum coniugum filius, et Columba^d, eius uxor, ville Aqualate^e, gratis et cetera, confitemur et recognoscimus vobis, venerabili Gondissalvo de Fries, dicte ville, quod habuimus et recepimus a vobis, ac tenemus in vestra comanda, puro et plano deposito, septem libras et decem solidos monetef Barchinone de terno. Et ideo, renunciando et cetera, promittimus restituere incontinenti cum a vobis seu nomine vestro et pro parte vestra fuerimus requisiti et cetera. Sine dilacione et cetera. Et solvemus siquas missiones et cetera. Super quibus et cetera. Et pro hiis obligamus, videlicet, nos, dicti viri, nos personaliter et omnes, tam mares quam femine, omnia et singula bona nostra et utrumque nostrum insolidum et cetera. Renunciantes beneficio novarum constitutionem et cetera. Et nos^g, dicte mulieres, dotis et sponsaliciis nostris, et beneficio velleyani et cetera. Et autentices et cetera. Et omnes omni iuri et cetera.

Testes, frater Petrus Canuç, Deo datus monasterii Sancti Geronimi Vallis de Batlem, et Bernardus Cardona, castris Sancte Marie, vicarie Cervarie. Et firme dictarum dominarum que firmarunt .III. die dictorum mensis et anni Petrus Claramunt et Anthonius Claramunt, sutores, fratres dicte ville.

Item, dicti Petrus^h Canaletes et Speranciaⁱ, eius uxor, et Petrus Canaletes^j ac Columba^k, eius uxor, firmarunt apocham de recepto et cetera^l dicto Gondissalvo de Fries de dictis septem libris et decem solidis.

Testes, predicti^m.

a. al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.
b. ídem. c. ídem. d. ídem. e. ville Aqualate, interlineat. f. monete, interlineat. g. nos, interlineat. h. al damunt del nom, dues ratlletes obliqües

per indicar la ferma. i. ídem. j. ídem. k. ídem. l. segueix, cancel·lat, de. m. tot l'instrument, ratllat amb tres ratlles verticals; continua la següent nota al peu del document, Die veneris, .XX. augusti anno .M.CCCC.LXXVIII^o, de voluntate dicti Gondissalvus [al damunt de Gondissalvus, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma], fuit cancellata presens comanda, eo quia dicti obligati restituerunt sibi quantitatem predictam; presentibus testibus Petro Amat, sutore, et Anthonio Mathei, dicte ville.

633

[1478, desembre, 2. Igualada]

Antoni Trullols, blanquer de la vila d'Igualada, constitueix Joan Soler, barber de la mateixa vila, procurador seu per a rebre tots els diners tant els pertanyents a un censal com els altres.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 170v.

Ego, Anthonius^a Truyllols, blanquarius ville Aqualate, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Iohannen Soler, barbitonsorem dicte ville, presentem, procuratorem meum certum et specialem, videlicet, ad petendum, exigendum, recipiendum et habendum, pro me et nomine meo, omnes et singulas pecunie quantitates, debitas tam rationem unum censalem quam alia^b res, bona et iura michi debitas et debita pertinensque *et cetera*, et que a me detinentur per quasvis personas quibusvis rationibus, iuribus, titulis sive causis. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et ad lites largo modo cum potestate substituendi *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*, et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*^c.

Testes, venerabiles Petrus Canaletes, maior dierum, et Franciscus Sala, apothecarius.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. debitas... alia, *interlineat*. c. *tot l'instrument, ratllat amb una ratlla vertical; continua la següent nota al peu del document, Die veneris, .XII. ianuarii, .M.CCCC.LXXXI., de voluntate et mandato dicti Anthonii Truyllols fuit cancellato instrumento dicte procuracionis revocando dominum Iohannem Soler ab onere eiusdem; presentibus testibus Iohanne Sala, agricultore dicte ville Aqualate.*

634

1478, desembre, 4. Igualada

Blanquina, muller de Joan Orpí, pagès de la vila d'Igualada, i filla del difunt Ferrer Muset, del mas de Ventallols, al terme del castell de Monbui, estén àpoca a favor de Mateu Vendrell, mercader de la predita vila, hereu del difunt Guillem Muset, per les 5 lliures que aquest li llegà en el seu testament per raó de matrimoni.


API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 170v.

Die veneris, .IIII. decembris, anno predicto.

Sit omnibus notum quod ego, Blanquina^a, uxor Iohannis^b Orpi, agricultoris ville Aqualate, filiaque Ferrarii Muset, quondam, mansi de Ventallols, termini castri de Montebovino, cum iuramento, firma et voluntate dicti viri mei, presentis et consentientis, confiteor et recognosco vobis, Mathei Venrell, mercatori dicte ville, filio et heredi venerabilis Bernardi Venrell, quondam, patris vestri, heredis universalis venerabilis Guillermi Muset, quondam, dicte ville, quod solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, numerando, illas quinque libras Barchinone quas dictus venerabilis Guillermus Muset, quondam, michi legavit in suo ultimo testamento ob favorem mei matrimonii. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis quinque libris, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, quarta die mensis decembris, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC. septagesimo octavo. S+num Blanquine, predicte, qui hec laudo et firmo; S+num Iohannis Orpi^c, predicti, qui premissis per dictam uxor mea factis et firmatis consencio eaque laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Petrus Muset, textor, et Iohannes Tenat, faber, dicte ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
b. *ídem.* c. *segueix, cancel·lat, com.*



635

1478, desembre, 11. Igualada

Pere Millars, mercader de la vila d'Igualada, i Antoni Trullols, blanquer, fill i hereu universal del difunt Gabriel Trullols, hereu del també difunt Antoni Cardona, sastre de la predita vila, reconeixen que sobre tots els diners, blat, coses, deutes, crèdits i altres drets que cadascuna part deu a l'altre, aquests queden anul·lats i cap part no ha de restituir res a l'altra.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 170v-171r.

Die veneris, .XI. decembris, anno predicto.

Ego, Petrus Millars, mercator ville Aqualate, ex una parte, et ego, Anthonius Truyllops, blanquarius, filius et heres universalis Gabrielis Truyllops, quondam, heredis successive^a in certo casu qui locum habuit^b Anthonii Cardona, quondam, sartoris dicte ville Aqualate, parte ex altera, confitemur et recognoscimus pars parti et nobis ad invicem, quod super omnibus et singulis peccunie quantitibus bladis, rebus, debitis, creditis et aliis iuribus quibus una pars nostram alteri teneatur seu obligata existat, tam ratione compotorum dictorum datarum et receptarum^c, tam per me, dictum Petrum Millars, quam per dictos Anthonium Cardona^d et Gabrielem Truyllops, quam eciam per dominam Anthoniam, matrem dicti Gabrielis Truyllops aviaque mei, dicti [f. 171r] Anthonii Truyllops^e, de quibusvis peccunie sumis, bonis, rebus et mercibus, tam de botigia quam alia dictorum et factorum, quam eciam alia quovis modo et quibusvis rationibus, iuribus, titulis sive causis per unum nostrum alteri debitorum et pertinencium in bonis alteri, usque in hunc presentem diem inclusive, venimus, ad invicem, ad bonum, verum, rectum legalem et finalem compotum et legitimum, ratione quo compoto facto et legitime examinato *et cetera*, constat pro tercio et rei veritas sich se habet quod una pars nostrum alteri in nichilo tenetur nec aliquid dare seu refundere habet. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie *et cetera*. Et dicti compoti non redditi seu redit *et cetera*, facimus pars parti *et cetera*, et bonis nostris et utriusque nostrum nedum de predictis, sed eciam de quibuscumque accionibus, questionibus, petitionibus et demandis *et cetera*, absolucionem, difinicionem et liberacionem ac bonum et perpetuum finem et pactum de ulterius non petendo et de non agendo *et cetera*. Sicut

melius *et cetera*. Promitentes, scilicet, una pars alteri *et cetera*, quod non convenimus nos *et cetera*. Nec dictum comptum seu compota retractabimus *et cetera*, ymmo, predicta omnia et singula tenebimus et serbavimus, et non contrafaciemus vel veniemus aliquo iure, causa vel racione *et cetera*. Abdicantes et precludentes una pars versum alteri super predictis omnem viam agendi silencium perpetuum pariter imponendo. Et velimus nos, dicte partes, quod de presenti^f nota fiant dua publica consimilia instrumenta quorum unum virique personam tradatur per notarium infrascriptum.

Testes, Iohannes Tenat, faber, Marchus Catarro, sutor, et Franciscus Giner, agricultor, ville Aqualate.

a. *segueix, cancel·lat*, Anthonii Cardona. b. *segueix, cancel·lat*, dicti. c. datarum et receptorum, *interlineat*. d. *segueix, cancel·lat*, seu dictum. e. *segueix, cancel·lat*, dictorum et factorum. f. *segueix, cancel·lat*, inp.

636

1478, desembre, 12. Igualada

Pere Agustí de Coll, prevere de la vila d'Igualada, reconeix als hereus del difunt Miquel Vila, de la mateixa vila, que aquella compra a carta de gràcia que féu a Joan Martí, pagès de la predita vila, i a la seva esposa Saurina, d'un hort que es troba a l'Horta Nova de la vila, sota el rec dels molins de l'abadia, i que és heretat del difunt Francesc Granell, la va fer en nom de la mateixa heretat, i el preu provenia de la lluïció que feren d'un altre hort Joan Martí i la seva esposa el 14 gener de 1476, i per això fa donació als hereus de tots els drets que li pertanyen sobre aquell hort.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 171r-171v.

Die sabati, .XII. decembris, anno .M.CCCC.LXXVIII.

Ego, Petrus^a Augustinus de Colle, presbiter ville Aqualate, confiteor et recognosco heredibus seu^b detentoribus hereditatis Michaelis Vila, quondam, dicte ville, in manu, videlicet, et posse notarii infrascripti pro illis stipulantis et recipientis, quod illam empcionem quam ego feci a Iohanne Marti, agricultore dicte ville^c, et domina Saurina, eius uxore, de quodam^d orto hereditatis Francisci Granell, quondam, dicte ville, cito in Orta Nova^e et subtus regum molendinorum de la abbadia dicte ville, instrumen-

to gracie redimendi mediante cum instrumento inde recepto in scribania publica dicte ville, die tertia mensis augusti, anno a Nativitate domini .M.CCCC.LXX. tercio, est vere rei veritas sich se habet quod illa empcione ego feci ad oppus hereditatis eiusdem Michaelis Vila, licet in eadem vendicione de illis nulle mensio habeatur, et de peccuniis eiusdem hereditatis, videlicet, ex precio provento ex luycione per dictum Iohannem Marti de eodem orto facta, virtute alterius vendicionis per ipsum Iohannem Marti et dictam dominam Saurinam, eius uxorem, dicto Michael Vila dudum facte cum alio instrumento in dicta scribania recepto die .XXIII. ianuarii, anno milesimo .CCCC°. sexagesimo sexto *et cetera*. Et ideo, agnoscendo eiusdem heredibus seu bonorum dicti Michaelis Vila detentoribus super predictis, et renunciando excepcioni rei, ita non esse in veritate non consistere, [f. 171v] et dolo malo et accioni in factum, et omni alii iuri *et cetera*, gratis *et cetera*, do, cedo et mando eiusdem heredibus seu bonorum detentoribus omnia iura omnesque acciones *et cetera*, michi pertinencia et pertinentes in dicto orto pretextu dicte empcionis per me facte et contra quascumque personas et res *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Ego, enim, facio *et cetera*. Insuper convenio et promito eidem heredibus seu bonorum detentoribus pro huiusmodi confessionem et recognoscionem et cessionem. Et omnia et singula supradicta tenebo et servabo *et cetera*. Et non contrafaciam vel veniam aliquo iure, causa vel eciam racione. Actum *et cetera*.

Testes, discretus Berengarius de Clerico, notarius^f ville Sancte Columbe de Queralto, et Raymundus Tria, filius venerabili Petro Tria, quondam, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. *segueix, cancel·lat*, bonorum. c. *dicte ville, interlineat*. d. *segueix, cancel·lat*, he. e. *segueix, cancel·lat*, eiusdem ville. f. *notarius, interlineat*.

637

[1478, desembre, 12. Igualada]

Pere Agustí de Coll decideix que si els esposos Joan Martí i Saurina llueixen un hort amb el tros de terra que es troben al Pla, propietats que són heretat de Francesc Granell, i tenen un valor de 15 lliures, que aquesta quantitat resti en poder de Berenguer de Clergue, notari de la vila de Santa Coloma, com a persona

comuna entre Joan Canaletes —gendre— i Violant, filla de Miquel Vila, d'una part i, de l'altra, els seus hereus.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 171v.

Item, dictus venerabilis Petrus^a Augustinus de Colle voluit et consensuit quod casu quo contingerit luy et quitari dictum ortum^b et eciam terre trocium citum *al Pla*, hereditatis dicti Francisci Granell, quondam, per Iohannem Marti et dominam Saurinam, eius uxorem, quod precium ipsarum proprietatum quod ad sumam .XV. librarum ascendit, veniat in manu et posse discreti Berengarii de Clerico, notarii ville Sancte Columbe^c, ut comuni persone inter ipsum et Iohannem Canaletes, generum, et Violantem, filiam Michaelis Vila, et detentores bonorum suorum electos, tradantur pro conservacione dicte quantitatis, adeo ut conservetur in sui posse donech smerciari valeant in loco tuto^d, et in dicto casu luycionis et nunc pro tunch voluit et consensuit quod vigore instrumentorum graciaram inde factarum, si et quatenus eius consensus intervenire, habeant instrumenta vendicionum preciarum propietatum cancellentur et annullentur.

Testes, Michael Domingo, textore ville Sancte Columbe de Queralt, et Rafael Çanahuga^e, sutor ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel-lat*, per ditum I. c. notarii... Columbe, *interlineat*. d. *segueix, cancel-lat*, quod est. e. *segueix, cancel-lat*, tex.

638

1478, desembre, 13. Igualada

Els esposos Joan Canaletes i Violant reconeixen a Joan Martí, pagès, i a la seva dona Saurina que de voluntat i consens de Pere Agustí de Coll, han entregat a Berenguer de Clergue, notari de la vila de Santa Coloma de Queralt, com a persona comuna, 15 lliures per a la lluïció d'aquell hort que es troba a l'Horta Nova de la vila d'Igualada.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 171v.

Die dominica, .XIII. proxime dicti anni.

Item, cum alio instrumento nos, dicti Iohannes^a Canaletes et Violans^b, eius uxor, confitemur et recognoscimus vobis^c Iohanni Marti, agricultori, et domine Saurine, eius uxori, quod

de voluntate et mandato ac asensu venerabilis Petri Augustini de Colle, presbiteri, die proxime preteriti^d, cum alio instrumento in posse notarii subscripti recepto, prestistis, solvistis, restituistis^e et tradidistis nobis realiter numerando, et seu de vestri voluntate posuistis et misistis^f in manu et posse discreti Berengarii de Clerico, notarii ville Sancte Columbe de Queralto, ibidem presenti, ut comuni persone per nos et dictum venerabilem Petrum Augustinum de Colle^g ad hec electo, pro^h conservacione quantitatis subscripte donech fuerit repertum ydoneum smercium... quindecim libras Barchinone pro luycione et redempcione ortiⁱ orti [*sic*] in Orta Nova dicte ville, et terre trocii citi in plano dicte ville hereditatis Francisci Granell, quondam, dicte ville. Et ideo, renunciando.

Testes, Nicholaus Puiggros^j et Anthonius Rosseta, paratores^k, et Franciscus Artigo, sutor dicte ville. Et firme dicte domine Violantis Iacobus Ferriol, agricultor, et Bartholomeus Tria, dicte ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *idem.* c. *segueix, cancel·lat, dictis.* d. *segueix, cancel·lat, in.* e. *segueix, cancel·lat, nobis.* f. *segueix, cancel·lat, discreti.* g. *segueix, cancel·lat, electo.* h. *segueix, cancel·lat, q.* i. *segueix, cancel·lat, heret.* j. *segueix, cancel·lat, parator.* k. *segueix, cancel·lat, dicte ville.*

639

[1478, desembre, 13. Igualada]

Els esposos Joan Martí, pagès, i Saurina reconeixen deure a Vicenç Granell, prevere beneficiat de l'església d'Igualada i ara resident a Barcelona, 15 lliures per raó d'un préstec gratis et bono amore que els féu per a poder redimir un hort que es troba a l'Horta Nova i un tros de terra situat al Pla, ambdós de la predita vila, li prometen que li tornaran aquests diners en terminis de 40 sous cada any, i com a garantia hipotequen aquest hort i tros de terra.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 172r.

[f. 172r] Nos Iohannes^a Marti, agricultor, et Saurina^b, eius uxor, ville Aqualate, gratis confitemur et recognoscimus vobis, dicto Vincencio Granell, presbitero beneficiato in ecclesia Aqualate, pro nunc degenti Barchinone, quod debemus vobis quindecim

libras Barchinone mutui per vos nobis gratis et bono amore facti pro redimendo ortum citum in Orta Nova dicte ville, et terre trocium citum in Plano dicte ville, hereditatis venerabilis Francisci Granell, quondam, dicte ville, qui pro quindecim libris erant impignerati instrumento graciae redimendi mediante. Et ideo, renunciantes excepcioni non numerate et non solute peccunie, convenimus et promittimus vobis quod dictas .XV. libras restituemus et solvemus vobis per terminos sive soluciones sequentes, videlicet, a die presenti qua hec presens conficitur instrumentum ad unum annum primo venturum quadraginta solidos dicte monete, et abinde singulis annis^c simili termino sive die alios .XXXX. solidos donec dicte .XV. libras fuerint vobis^d integritate persolite, sub pena terciae curie honorabilium baiulorum dicte ville. Sine dilacione *et cetera*. Cum salario procuratoris .V. solidos. Et solvemus missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et pro hiis obligamus vobis specialiter et expresse impignoramus et ypotechamus dictos ortum et terre trocium cum iuribus et pertinenciis suis, quos pro vobis et nomine vestro precario tenere confitemur *et cetera*. Dantes vobis licenciam in casu cessare solutionis apprehendendi ad vestra manus *et cetera*. Et generaliter obligamus omnia et singula bona nostra et utrumque nostrum insolidum *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, Nicholaus Puiggros et Anthonius Rosseta, paratores pannorum lane, ac Franciscus Arago, sutor, ville Aqualate^e.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliques per indicar la ferma.*
 b. *idem.* c. *segueix, cancel-lat, in dicti.* d. *segueix, cancel-lat, inter.* e. *tot l'instrument, ratllat amb una ratlla ondulant; continua la següent nota al peu del document, Die sabati, .VIII. iunii, anno .M.CCCC.LXXXII., de voluntate dicti discreti Vincencii Granell fuit cancellata dicta securitas eo quia fuit sibi plenarie et integre satisfactum in dicta quantitate; presentibus testibus discreto Gabriele Calvet, presbitero rectore ecclesie de Iorba, et Anthonio Rosseta, paratori, et Simeon Bonastra, textore dicte ville.*

[1478, desembre, 13. Igualada]

Antoni Gispert, sabater de la vila d'Igualada, i Guillem Muntaner, teixidor de la mateixa vila, es donen paraula mútua que no es perjudicaran en res mentre duri la treva.

Ego, Anthonius^a Gispert, sutor ville Aqualate, ex una, et ego, Guillelmus^b Muntaner, textor dicte ville, partibus ex altera, gratis *et cetera* nos, dicte partes, damus verbum pars parti ad invicem in manu et posse baiulorum dicte ville, duraturum donech fuerit redditum et postquam redditum fuerit per .X. dies tunch proxime sequentes, quod possit reddi personaliter vel per procuratorem in posse dictorum baiulorum vel alterius eorum infra eorum iurediccionem, convenientes quod durante ipso verbo sive securitate et illius tenenciis non faciemus alter alteri malum, iniuriam, dedecus vel ofensam *et cetera*, palam vel occulte *et cetera*, ymo, si sciremus aliquem talia facturum denunciaremus alteri *et cetera*. Et hoc sub pena .XXV. librarum acquirenda pro medietate curie et pro altera medietate parti obedienti *et cetera*. Quo *et cetera*. Nichilominus *et cetera*. Obligamus personas et bona *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes firme dicti Anthonii Gispert venerabiles Garcias Morigon, Petrus Soler, chirurgicus, et Bernardus Sartre, parator. Et firme dicti Guillelmi Muntaner Petrus Balaguer, sutor, et Iacobus Gil, faber, dicte ville.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *ídem.*

641

1478, desembre, 13. Igualada

Antoni Tudó, del lloc de Copons, constitueix procurador seu Pere Soler, cirurgià de la vila d'Igualada.

API 307. Joan ALEMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 172v.

[f. 172v] Die mercurii, .XVI. decembris, anno .M.CCCC. LXXVIII^o.

Ego, Anthonius^a Tудо, loci de Coponibus, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Petrum Soler, chirurgicum ville Aqualate, presentem^b, meum certum et specialem *et cetera*, videlicet ad ducendum omnes causas tam active quam passive *et cetera*. Et ad lites largo modo cum potestate substituendi *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes, Michael Mas, textor, et Anthonius Marti, mansi de Oronies, termini castri de Otine.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, ad ducendum procuratorem.*

642

1478, desembre, 17. Igualada

Jaume Tria, del lloc de Monistrol, procurador de la seva esposa Joana, filla del difunt Marc Tarragó, de la vila d'Igualada, constitueix procurador seu Jaume Gil, menestral de la predita vila, perquè revisi uns comptes amb Marc Catarro, sabater de l'esmentada vila, hereu del difunt Joan Catarro, tutor i curador dels infants del predit Marc Tarragó.


API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 172v.

Die .XVII. decembris, anno predicto.

Ego, Iacobus^a Tria, loci de Monistrollo, maritus et procurator assertus^b et ut coniux persona domine Iohanne^c, uxor mee filieque venerabilis Marchi Terrago, quondam, ville Aqualate, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Iacobum Gil, fabrum dicte ville, procuratorem meum certum et specialem, videlicet, ad audiendum comptum et racionem a Marcho Catarro, sutore dicte ville, herede venerabilis^d quondam, presbiteri, tutoris et curatoris pupillarum filiarum eiusdem Marchi Tarrego *et cetera*; et^e ipsa compota examinandum, dubia formandum atque dandum *et cetera*; et errori anulandum *et cetera*; et reliqua racionem petendum, exhigendum, recipiendum et habendum. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequciones *et cetera*. Et ad lites largo modo *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes, Filipus Valles, barberius, et Nicholaus Çabata, parator ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *assertus, interlineat.* c. *segueix, cancel·lat, eius.* d. *segueix, cancel·lat, M.*
 e. *segueix, cancel·lat, omnia fac.*



643

1478, desembre, 22. Igualada

Bernat Bertran, del terme del castell de Rubió, reconeix a Francesc Giner, pagès de la vila d'Igualada, tenir en comanda seva trenta ovelles, promet que pasturarà aquest bestiar durant tres anys, passats els quals se'l repartiran en dues parts iguals, juntament amb tot el que produeixi el ramat, però si el bestiar que rep no arriba al nombre inicial, aquest podrà recuperar les trenta ovelles i es repartiran tot el que hagin produït, com xais, llana i formatges, a mitges.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 172v-173r.

Die martis, .XXII. decembris, anno predicto.

Ego, Bernardus^a Bertrandi, termini castri de Robione, gratis *et cetera*, confiteor et recognosco vobis, Francisco Giner, agricultori ville Aqualate, quod habui et recepi ac teneo in vestra comanda ad parciarum subscriptam triginta oves sive *ovellas*. Et ideo, renunciando convenio et promito quod dicta bestiarum tenebo^b per tres annos proxime sequentes, sich quod dicta bestiarum regam, custodiam et gubernabo ac salliam et alia faciam que circa utilitatem dicti bestiarum teneam *et cetera*. Et quod in fine dicti temporis, veniendo vobiscum ad divisionem dividamus et partiamus inter nos dicta bestiarum equas partibus inter nos [*sic*], vere si interim hoc est non completo dicto tempore dictorum trium annorum, ego provocarem vos, dictum Franciscum Giner, ad divisionem et tunc vos habeatis et possitis recuperare a me dictas triginta oves sine aliqua retencione, et totum lucrum quod processit ex dicto bestiarum, videlicet, de *nadons*, lana et caseis dividatur inter nos [*f. 173r*] medium per medium. Promitens vigore iuramenti *et cetera*, denunciare vobis veritatem dicte comande. Et facere et omnia et singula *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Baltasar Soler, textor, et Anthonius Rosseta, parator pannorum lane, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, regam.*

644

[1478, desembre, 22. Igualada]

Gabriel Puiggròs, del terme del castell de Rubió, reconeix a Francesc Giner haver rebut en comanda quaranta-nou cabres, promet que les pasturarà durant tres anys i que al final d'aquest temps es repartiran aquest bestiar a mitges, però si el bestiar que rep no arriba al nombre inicial del ramat, aquest podrà recuperar les quaranta-nou cabres i es repartiran tot el que hagi produït el ramat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 173r.

Ego, Gabriel^a Puiggros, termini castri de Robione *et cetera*, gratis confiteor et recognosco vobis, Francisco Giner, quod habui et recepi a vobis ac teneo in vestra comanda ad parciariam predictam quadraginta novem capras. Et ideo, renunciando *et cetera*, convenio et promito vobis quod per tres annos proxime sequentes tenebo ipsam, custodiam, saliam et gubernabo dicta bestiaría, et quod in fine dicti temporis veniam vobiscum ad divisionem, et ipsam comandam sive bestiaría dividam vobiscum medium per medium; vere, si interim, hoc est, non completo dicto tempore dictorum trium annorum ego provocarem vos ad divisionem, eo tunch vos habeatis et possitis recuperare a me dictas .XXXXVIII^o. capras sine aliqua retencione, et totum lucrum quod processit ex dicto bestiari, videlicet, de *nadons*, dividatur inter nos medium per medium. Promitens vigore iuramenti denunciare veritatem dicte comande et facere ea omnia et singula *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, proxime dicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

645

1478, desembre, 20. Igualada

Pere Millars promet restar a casa seva, i presta homenatge de paraula i de mans davant del batlle reial.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 173r.

Venerabilis Petrus^a Millars promisit tenere arrestum intus eius domum *et cetera*, pena .XXV. librarum *et cetera*. Obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit *et cetera*. Et prestitit homagium ore et manibus in posse baiuli regii *et cetera*.

Testes, Petrus Amat, Guillelmus Regadell et Petrus Mas, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.*

646

[1478, desembre, 20. Igualada]

Ramon Pujol promet restar a casa de Bernat Sallent, i presta homenatge.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 173r.

Simile arrestum promisit tenere Raymundus^a Puiol intus domum venerabili Bernardi Sellent *et cetera*, sub pena .XXV. librarum. Obligavit personam et bona *et cetera*. Et iuravit *et cetera*. Et prestitit homagium *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.*

647

[1478, desembre, 20. Igualada]

Pere Millars i Ramon Pujol es donen paraula mútua [de pau] duradora fins a les properes festes de Nadal.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 173r.

Dicti Petrus^a Millars, ex una, et Raymundus^b Puiol, ex altera partibus^c, dederunt verbum [*pacis*]^d ad invicem duraturum hunc per omnes festivitates Nathalis proxime *et cetera*, cum duobus diebus de tenenciis, quod possit reddi personaliter vel per procuratorem *et cetera*, pena .XXV. librarum *et cetera*. Obligarunt bona *et cetera*. Et iurarunt *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *ídem.* c. *segueix, cancel·lat, prom.* d. *manca al manuscrit.*

648

1479, gener, 19. Igualada

Francesc Busa, paraire de draps de llana de la vila d'Igualada, atès que el seu pare Francesc Busa, de la vila de Terrassa, difunt, espòs de Bartolomeua —la qual ara és esposa de Francesc Barrera, assaonador de pells i ciutadà de Barcelona—, li féu donació de 45 lliures, quantitat que aquesta havia aportat al matrimoni en concepte de dot, i atès que la seva mare li ha demanat que li retornés aquests diners, els hi fa a mans amb plenitud de drets.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 173v.

[f. 173v] Anno .M^o.CCCC^o.LXXVIII^o.

Die martis, .XVIII. ianuarii, anno predicto.

In^a Dei nomine. Ego, Franciscus^b Busa, parator pannorum lane ville Aqualate, attendens vos, dominam Bartholomevam, matrem meam, que primo fuistis uxor Francisci Busa, quondam, ville Terracie, patris mei, nunch vero uxor Francisci Barrera, assahonatoris pellium, civis Barchinone, fecisse michi donacionem de illis quadraginta quinque libris Barchinone quas vos aportastis in dotem et pro dote vestra dicto Francisco Barrera, tempore vestri et sui matrimonii, post tum vestris obitum, prout de ipsa donacione plene constat instrumento inde recepto in posse... notarii,... die et anno in illo contentis; attendens eciam vos, eandem dominam Bartholomevam, matrem meam, me deprecasse certis quidem respectibus, licitis et honestis ut eandem restituerem donacionem cum plenitudine iuris sui *et cetera*, certis quidem ex causis aunimum meum moventibus ac gratis et ex certa sciencia menteque deliberata *et cetera*, restituo et torno vobis, eidem domine Bartholomeve, matri mee, ibidem presenti et recuperanti et acceptanti dictam donacionem de eisdem .XXXXV. libris michi factam cum plenitudine iuris sui. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Promitens presentem donacionis restitutionem et alia predicta *et cetera*, ratam et gratam *et cetera*. Et non contravenire racione ingratitude,

inopie vel necessitatis. Renuncio *et cetera*. Et omni iuri *et cetera*. Et iuro *et cetera*. Ad hec ego, dicta Bartholomeva^c, predicta donacionis recuperacionem et^d iurium cessionem recuperando accepto a te, dicto Francisco Busa, filio meo.

Testes, Michael Gatell, parator pannorum lane, et Franciscus Comes, corderius, ville Aqualalte.

a. escrit al marge esquerre, d per debet. b. al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma. c. ídem. d. segueix, cancel·lat, cessionem.

649

1479, gener, 26. Igualada

Gaspar Millars, de la vila d'Igualada, procurador de fra Rafael Girona, de l'orde de Sant Benet, cellerer del monestir de Santa Maria de Montserrat, lloga a Baltasar Soler, teixidor de la vila d'Igualada, un tros de terra, a guaret i a reguaret, que es troba al pla dels Dorrells, al terme del castell d'Òdena; a canvi haurà d'entregar la vintena part dels esplets que reculli.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 173v-174r.

Die martis, .XXVI. ianuarii, anno predicto.

Ego^a, Gaspar^b Millars, ville Aqualate, procurator ad hec et alia legitime constitutus et ordinatus ab honorabile fratre Rafaele Gerona, ordinis sancti Benedicti, cellerario monasterii Beate Marie de Monteserrato, prout de ipsa procuracione constat *et cetera*, gratis mito seu loco vobis, Baltasari Soler, textori dicte ville, presenti et acceptanti, a *guaret* et *reguaret* quodam terre trocium elodium dicti monasterii, citum in termino castris Otine, loco vocato *Planum dels Dorrells*, quod olim fuit hereditatis domine Matheva, uxoris Petri Bisbals, dicte ville, prout terminatur *et cetera*. Hoc itaque logerium *et cetera*. Sincere [f. 174r] sub tali cum pacto [et]^c condicione quod vos teneamini et habeatis dare pro logerio eiusdem terre trocii vicesimam partem expletorum que Deus dederit in eodem; teneamini, inquam, arare et cultivare dictum terre trocium ad usum boni aratoris. Extrahens *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Promito eodem nomine facere, habere et tenere per ipsum tempus et teneri de eviccione *et cetera*. Et solvere missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona dicti principalis mei et dicte cellararie *et cetera*. Et iuro *et cetera*. Ad

hec ego, dictus Baltasar^d *et cetera*. acceptans dictum logerium *et cetera*, promito solvere pro ipso logerio dictam vicesimam partem dictorum expletorum que Deus dederit in eodem, et agricultare dictum terre trocium bene et decenter ad usum boni lauratoris. Et solvere missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona mea *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Guillermus Francoli, sutor ville Aqualate, et Iohannes Balaguer, sutor, olim ville predictae, nunc vero habitator in termino de Montebovino.

a. *escrit al marge esquerre, d per debet.* b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* c. *manca al manuscrit.* d. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

650

1479, gener, 29. Igualada

Gonçal de Fries, lloctinent del batlle general de Catalunya a la sotsvegueria d'Igualada, i Joan Manresa, batlle de la predita vila pel monestir de Sant Cugat del Vallès, renoven a Guillem Francolí, sastre de l'esmentada vila, un establiment.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 174r-174v.

Die veneris, .XXVIII. ianuarii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.
Noverint universi quod nos, Gondisalvus^a de Fries, locumtenentis multum honorabilis baiuli Cathalonie generalis in villa et subvicaria Aqualate pro serenissimo domino rege, et Iohannes Manresa, baiulus eiusdem ville pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis, gratis et ex certa sciencia, nomine domini regis et monasterii predictorum dominorum pro indiviso dicte ville, laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus^b sive de novo stabilimus et in emphteosim damus et concedimus vobis, Guillermo Francoli, sartori dicte ville^c.

[f. 174v] Testes huius rei sunt, videlicet, quo ad firmam dicti venerabilis Iohannis Manresa, baiuli predicto, qui firmavit die et anno prefixis discretus Bartholomeus Puiggros, presbiter, et Iohannes Poncii, mercator dicte ville Aqualate. Et que ad firmam dicti venerabilis Gondissalvi de Fries, locumtenentis predicti, qui predicta firma .VIII. die febroarii, anno predicto, Anthonius Giner, assahonator pellium dicte ville Aqualate, et Iacobus Moragues, mansi de *Carriones*, termini castri Otine.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, vobis que.* c. *continua la següent nota al marge esquerre: pro orto quem Guillelms Francoli, sartor, emit ab Anthonio Marti, de Oronies. La resta del foli és en blanc, com així el 174v, al final del qual consten els testimonis.*

651

[1479, gener, 29. Igualada]

Gonçal de Fries, lloctinent del batlle general a la vila i sotsvegueria d'Igualada, i Joan Manresa, batlle de la predita vila pel monestir de Sant Cugat del Vallès, renoven l'establiment fet a Guillem Francolí, sastre de la predita vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 175r.

[f. 175r] Noverint universi quod nos, Gondissalvus^a de Fries, locumtenentis multum honorabilis baiuli Cathalonie generalis in villa et subvicaria Aqualate pro serenissimo domino rege, et Iohannes Manresa, baiulus eiusdem ville pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis, gratis et ex certa sciencia, nomine domini regis et monasterii predictorum dominorum pro indivisi dicte ville Aqualate, laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus sive de novo stabilimus et in emphiteosim damus et concedimus vobis^b, Guillermo Francoli, sartori dicte ville Aqualate^c.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratllets obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, Anthonio Corts, sartori dicte ville; segueix, cancel·lat, al marge esquerre, [...] discreto Matheo Busquets, notario [...].* c. *segueix un espai en blanc corresponent a unes trenta-cinc línies.*

652

[1479, gener, 29. Igualada]

Gonçal de Fries, lloctinent del batlle general a la vila i sotsvegueria d'Igualada, i Joan Manresa, batlle de la vila pel monestir de Sant Cugat del Vallès, renoven l'establiment fet a Joan Riba, pagès de la predita vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 175v.

[f. 175v] Noverint universi quod nos, Gondissalvus^a de Fries, locumtenentis multum honorabilis baiuli Cathalonie generalis in

villa et subvicaria Aqualate pro serenissimo domino rege, et Iohannes^b Manresa, baiulus eiusdem ville pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis, gratis et ex certa sciencia, nomine dictorum domini regis et monasterii laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus sive de novo stabilimus et in emphiteorsim damus et concedimus vobis, Iohanni Riba, agricultori dicte ville^c.

Testes huius rei sunt proxime dicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *ídem.* c. *segueix un espai en blanc corresponent a unes trenta-cinc línies; escrit al marge esquerre, Pro hospicio suo quod fuit de Muntserrat Giner, cito in dicta villa, prope portale del Levedor.*

653

[1479, gener, 29. Igualada]


Gonçal de Fries, lloctinent del batlle general de Catalunya a la vila i sotsvegueria de d'Igualada, i Joan Manresa, batlle pel monestir de Sant Cugat del Vallès, renoven l'establiment fet a Bartomeu Giner, boter de la predita vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 176r.

[f. 176v] Noverint universi quod nos, Gondissalvus^a de Fries, locumtenentis multum honorabilis baiuli Cathalonie generalis in villa et subvicaria Aqualate pro serenissimo domino rege, et Iohannes^b Manresa, baiuli eisdem ville pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis, gratis et ex certa sciencia, nomine domini regis et monasterii predictorum, laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus sive de novo stabilimus et inemphiteosim damus et concedimus vobis, Bartholomeo Giner, boterio dicte ville Aqualate^c.

Testes huius rei sunt proxime dicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *ídem.*
 c. *segueix un espai en blanc corresponent a unes trenta-cinc línies; continua, al marge esquerre, la següent nota, Pro hospicio quod emit a priore et fratribus sancti Augustini, cito in dicta vila, in vico d'en Salamó.*



654

1479, gener, 30. Igualada

Pere Canaletes, major de dies de la vila d'Igualada, d'una part, i Caterina, muller i procuradora del seu espòs Bartomeu Sabata, manyà de la vila d'Igualada, absent, i Antoni Sabata, manyà, llur fill, de l'altra, es comprometen davant Antoni Mateu, menor, de la predita vila, i Pere Cabessa, del lloc de Jorba, com a àrbitres, a acceptar la resolució sobre el preu d'un parell de bous que Pere Canaletes, per insolutumdació de 16 lliures, entregà a Bartomeu Sabata.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 176v.

[f. 176v] Die sabati, .XXX. ianuarii, anno predicto.

Ego, Petrus^a Canaletes, maior dierum ville Aqualate, ex una parte, et nos, Catherina^b, uxor et procuratrix Bartholomei Sabata, manyanus dicte ville, ab eadem ville pro presentis absentis, de cuius ratihibicione teneri promito sub obligacione bonorum meorum, et Anthonius^c Sabata^d, manyanus, dictorum coniugum filius, parte ex altera, gratis nos, dicte partes, compromitimus in vos, Anthonium Mathei, maiorem dierum dicte ville, et Petrum Cabessa, loci de Iorba, presentes, tanquam in arbitros arbitratores, laudatores et amicabiles compositores, sub pena .X. librarum per nos, dictas partes, vobis, dictis arbitris, et nobis ad invicem, per stipulacionem promissa *et cetera*, super extimacione illius unius paris bovum mei, dicti Petri Canaletes, fienda quosque in solutum illarum sexdecim librarum Barchinone quas ego dare et solvere teneor dicto Bartholomeo Sabata, certo nomine vigore securitate graduacionis hereditatis venerabilis Bernardi Canaletes, quondam, patris mei, per honorabiles baiulos dicte ville late et alia eciam fui condempnatus *et cetera*. Promitentes nos, dicte partes, quod super ipsa stimacione ipsorum bovum^e stabimus dicto et pronunciacioni vestri, dictorum arbitrorum *et cetera*, et non contrafaciemus vel veniemus aliqua racione sub dicta pena .X. librarum acquirenda pro una parte pro vobis, dictis arbitris, et pro altera parte parti obedienti, et pro altera tercia parte curie dictorum honorabilium baiulorum vel alteri curie *et cetera*. Qua pena *et cetera*. Nichilominus *et cetera*. Et pro hiis obligo bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*. Prefigentes nos, dicte partes, vobis, dictis arbitris, tempus infra quem presens negocium terminatur hunch per tres dies proxime sequentes, infra quos dictam valeant extimacione declarare et pronunciare *et cetera*.

Testes, Petrus Aguilera, textor, et Iohannes Manresa, parator, dicte ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *ídem.* c. *ídem.* d. *segueix, cancel·lat, dictorum cor.* e. *ipsorum bovum, interlineat.*

655

1479, gener, 30. Igualada

Anthoni Mateu, major d'edat, de la vila d'Igualada, i Pere Cabessa, del lloc de Jorba, àrbitres entre Pere Canaletes, major d'edat, de la vila d'Igualada, d'una part, i de Caterina Sabata, muller i procuradora de Bartomeu Sabata, manyà de la predita vila, i llur fill Antoni Sabata, també manyà, de l'altra, sentencien que, pel que fa al deute que la segona part demana a la primera, aquell parell de bous que ofereix aquesta part per insolutumdació de 16 lliures són valorats en 22 florins d'or que valen 18 lliures i 3 sous, per tant, els adjudiquen en paga; ambdues parts accepten la sentència.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 176v-177r.

Die dominica, .XXXI. ianuarii, anno predicto.

In Dei nomine. Nosaltres, n'Anthoni Matheu, maior de dies de la vila d'Aguolada, e Pere Cabessa, del loch de Iorba, àrbitres e arbitradors, loadors e amigables composadors entre l'onrat en Pere Canaletes, maior de dies de la dita vila de Aguolada, de una part, e madona Catherina Çabata, muller e procuradriu d'en Barthomeu Çabata, manyà de la dita vila, e n'Anthoni Çabata, manyà, dels dits marit e muller fill, de la part altre, vist lo compromès [f. 177r] per les dites parts en nosaltres lo die prop pesat, fet e fermat, e la potestat en aquell a nosaltres atribuïda e donada, hagut e fet algun maneig entre les dites parts sobre lo contracte, entre ells faedor, de un parell de bous del dit Pere Canaletes, los quals nosaltres, entrevinents e manegants ha oferts donar^a en sort de paga del deute per lo dit Sabata al dit Pere Canaletes demenat e per vàries sentències al dit Barthomeu Çabata adiudicat, vistes moltes coses vehedores e ateses les atenedores et cetera, via de laudable e amigable composició elegints sentenciam, pronunciam e declaram lo dit un parell de bous valer e aquells sumam a vint e dos florins d'or a raó de .XVI. sous, .VI. diners per florí, valents devuyt lliures e tres

sòlidos de moneda Barchinona de tern, les quals .XVIII. lliures, .III. sous, .VI. diners al dit Barthomeus Çabata i a la dita madona Catherina, muller sua, per aquell adjudicam en paga e satisfacció de aquelles .XVI. lliures en les quals lo dit Pere Canaletes, com a hereu del^b honrat en Bernat Canaletes, quòndam, notari, pare seu, en la sentència de graduació entre los seus creditors donada e encare ab sentència reyal e per altres sentències e declaracions iudicials és stat condempnat en les despeses e messions, si algunes ni haurà, sobre aquelles al dit Sabata dret salvam. E en quant la present nostra arbitral sentència sab condempnació, la una part a la altre condempnan, e en quant sab absolució, la una part a l'altre absolen. Volens e declarans que les dites parts hagen e sien tengudes loar e amologar la present nostra arbitral sentència per tot lo die present. Condempnant les dites parts en pagar a nosaltres, dits àrbitres, per nostros treballs e salari, sengles parells de pardius.

Lata fuit predicta arbitralis sententia per dictos venerabiles arbitros die dominica .XXXI. mensis ianuarii, anno predicto^e, sedentes pro tribunale in domo domine Aldoncies Bages *et cetera*. Et lecta, de eorum voluntate, per me, Petrum Paulum Solanelles, notarium pro^d presentibus dictis partibus *et cetera*. Et presentibus testibus Iohanne Manresa, parator pannorum lane, et Baltesare Soler, textore, dicte ville, et honorabili Bernardo Ninot in legibus licenciatum ville Cervarie. Et ilico dictus Petrus^e Canaletes, pro maior [sic], et domina Catherina^f, uxor dicti Bartholomei^g Sabata, quo supra nomine, et Anthonius Sabata, dictorum coniugum filius, laudarunt, aprobarunt, confirmarunt et emologarunt dictam arbitralem sententiam, promittentes tenere et servare contenta in illa *et cetera*. Obligamus bona *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. et iuramus *et cetera*.

a. segueix, cancel·lat, e pagar. b. segueix, cancel·lat, dit honrat Cana. c. anno predicto, interlineat. d. segueix, cancel·lat, et. e. al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma. f. ídem. g. ídem.

1479, gener, 30. Igualada

Antoni Trullols, blanquer de la vila d'Igualada, atès que deu 5 lliures, 3 sous i 4 diners a Antoni Simó, sabater, i a Felip Vallès, barber, ambdós de la predita vila perquè aquests van comprar totes

les imposicions de la vila, i com que Antònia Trullols, mare seva, comprà la imposició del pa, els promet que pagarà aquesta quantitat en tres terminis iguals i en un any.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 177v.

[f. 177v] Ego, Anthonius^a Truyllols, blanquarius ville Aqualate, gratis et ex certa sciencia constituens me debitorem et principalem paccatorem vobis, Anthonio Simon, sutori, et Filipo Valles, barbitonsori, dicte ville, emptoribus et arrendatoribus anno presenti omnium impositionum dicte ville, in illis quinque libris, tribus solidis et quatuor denariis Barchinone quas domina Anthonia Truyllols, mater mea, vobis debet racione impositionis panis dicte ville et alteris, convenio et promito vobis quod dictum cum vos michi dederitis locum et cessionem contra bona dicte domine Anthonie, matris mee, de octo libris, tribus solidis et quatuor denariis, ego solvam vobis et vestris aut cui sive quibus volueritis dictas... per tres equales soluciones fiendas infra unum annum primo et continue venturum, videlicet, de quatuor menses, sub pena tercii curie baiulorum dicte ville. Sine dilacione *et cetera*. Cum salario procuratoris quinque solidorum. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Petrus Mas, sartor, Iohannes Manresa, parator, et Iohannes Soler, barbitonsor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliques al damunt de la ferma.*

657

[1479, gener, 30. Igualada]

Antoni Simó i Felip Vallès fan cessió a Antoni Trullols de l'esmentat deute, contra els béns i heretat de la seva mare, Antònia Trullols; també signen àpoca al predit Antoni Trullols.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 177v.

Item, dicti Anthonius^a Simon et Filipus^b Valles, emptores dictarum impositionum, dederunt locum et cessionem dicto Anthonio Truyllols de dictis octo libris, .III. solidis, .IIII. denariis contra bona et hereditatem dicte domine Anthonie Truyllols, matris sue, sive cum eviccione, et obligarunt bonorum suorum *et cetera*. Promitentes habere ratum *et cetera*. Et non contrafacere aliqua racione *et cetera*.

Testes, predicti.

Item, dictus Anthonius Simon, firmavit apocham dicto Anthonio Trullols^c.

a. *idem*. b. *idem*. c. *la resta del foli, en blanc*.

658

1479, febrer, 5. Igualada

Pere Vidal, del mas Sabata, al terme del castell d'Òdena, patró del benefici de Santa Maria de l'església parroquial d'Igualada instituït per [...] Sabata, constitueix Rafael Cornet, prevere beneficiat, Joan Busquet, prevere, i Joan Pellicer, clergue de la vila d'Igualada —ara resident a la ciutat de Barcelona—, per a comparèixer davant del bisbe de Vic i proposar Antoni Trullols per tal que se li concedeixi el predit benefici.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 178r.

[f. 178r] Die^a veneris, .V. febroarii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

Ego, Petrus^b Vitalis, mansi Çabata, termini castri Otine^c, patronus beneficii Sancte Marie, in ecclesia parrochiali ville Aqualate per discretum... Çabata instituti, ex certa sciencia constituo et ordino vos, venerabiles et discretos Rafaelem Cornet, presbiterum in sede Barchinone beneficiatum, Iohannem Busquets, presbiterum^d, et Iohannem Pellicer, clericum ville Aqualate, in dicta civitate Barchinone degentem, licet absentes, et utrumque vestrum *et cetera*, videlicet ad comparendum coram reverendo domino Vicensis episcopo et seu eius venerabilibus vicariis generalibus, illi vel illis presentandum discretum Anthonium Trullols, clericum dicte ville, nullum beneficium obtentum ad obtinendum dictum beneficium *et cetera*. Suplicans *et cetera*. Et inde quecumque instrumenta *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

706

[1479, maig, 19. Igualada]


Dalmau de Far, cavaller, senyor del castell de Vacarisses, en virtut de la donació que li fa Joan Ferrer, fill i hereu del difunt Pere Ferrer, de la vila de Piera, d'un censal mort, del qual el difunt Bernat Queralt, de la vila d'Igualada, n'era censatari, constitueix Nicolau Giner, teixidor de la vila d'Igualada, procurador seu, per a rebre de l'heretat i béns del predit Bernat Queralt i altres persones el deute amb què eren obligades, tant pel que fa a les pensions com al preu.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scriptione publice*, f. 190v.

Ego, Dalmacius^a dez Far, miles dominus castri de Vacarices, habens donacionem^b a Iohanne Ferrarii, filio et herede venerabilis Petri Ferrarii, quondam, ville Apiarie^c, de quodam censuali mortuo pensionis annue... libras et precii sive proprietatis... librarum dicte monete quod venerabilis Barnardus Queralti, quondam, ville Aqualate, sibi faciebat *et cetera*^d, cum instrumento inde recepto in scribania publica dicte ville Apiarie, die et anno in illo contentis, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Nicholaum Giner, textorem dicte ville Aqualate, presentem *et cetera*, [procuratorem]^e ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum ab hereditate et bonis dicti venerabilis Bernardi Queralt aut aliis personis que ad prestacionem eiusdem censualis modo aliquo teneantur dictum censualem mortuum, videlicet, pensiones debitas ac eciam precium eiusdem *et cetera*. Et quasvis exeuciones *et cetera*. Et ad lites largo modo [*et cetera*]^f. Et generaliter *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obliigo *et cetera*.

Testes, Petrus Soler, cirurgicus, ville Aqualate, et Nicholaus Palagri, olim ville Aqualate, nunc vero civis Barchinone.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, de censualia subscripto.* c. *segueix, cancel·lat, cum ins.* d. *quod venerabili... et cetera, interlineat.* e. *manca al manuscrit.* f. *ídem.*



707

1479, maig, 20. Igualada

Francesc Falip, del lloc de la Llacuna, al terme del castell de Vilademàger, reconeix a Francesc Giner, pagès de la vila d'Igualada, tenir en comanda seva seixanta caps de cabrum, promet que durant tres anys els pasturarà i que a la fi d'aquest temps es repartiran el ramat a mitges, amb el compromís que si vol fer parts d'aquest ramat abans del temps esmentat, haurà de restituir la comanda sencera.


API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 191r.

[f. 191r] Die^a iovis, .XX. madii, anno predicto.

Ego, Franciscus^b Falip, loci de la Lecuna, termini castris de Vilademager, gratis confiteor et recognosco vobis, Francisco Giner, agricultori ville Aqualate, quod teneo in vestra comanda ad parceriam subscriptam sexaginta capita bestiariis caprarum. Et ideo, renunciando *et cetera*, convenio et promito vobis quod per tres annos primo et continue venturos et ad tres parionis tenebo, regam et gubernabo dicta bestiarum ipsamque pascham, saliam et custodiam bene et decenter, et quod in fine dicti temporis dividam dictam comandam^c simul cum lucro et augmento eiusdem medium per medium, et denunciabo vobis veritatem de dicta comanda *et cetera*. Promito eciam vobis quos non vendam ipsa bestiarum in toto vel in parte *et cetera*. Hoc intellecto quod si durante ipsarum dicte comande ipso cum non completo^d ego vellem dividere dictam comandam aut illam vobis restituere, eo casu tenear restituere et tornare vobis dictam comandam integriter et complete *et cetera*. Et alia predicta facere et complere *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Petrus Mallendrich et Iacobus Mallendrich, ville Aqualate, et Iohannes Vallo, loci de la Lecuna.

a. *segueix, cancel·lat*, lune, .XXIII. madii. b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. c. *segueix, cancel·lat*, vobiscum. d. *segueix, cancel·lat*, vos provocare.



708

[1479, maig, 20. Igualada]

El predit Francesc Falip reconeix tenir en comanda tretze crestats per valor de 7 sous i 6 diners, i promet guardar-los i repartir-se amb Francesc Giner, a mitges, tots els guanys que aquests donin.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 191r.

Item, cum alio instrumento, dictus Franciscus^a Falip confesus fuit tenere sub dicta^b et simili comanda terdecim crestats extimatos ad septem solidos et sex denarios pro crestat *et cetera*, promitens ipsos crestats regere *et cetera*, et dividam vobiscum totum lucrum quod Deus dederit in^c dicti bestiarum tocians quociens fuerit locus divisionis *et cetera*, medium per medium. Et predicta facere *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, comanda.* c. *totum lucrum ... in, interlineat.*

709

1479, maig, 24. Igualada

Jaume Vidal, de la vila d'Igualada, patró del benefici de Sant Orient i del benefici de Santa Caterina, instituïts a l'església parroquial d'aquesta vila, presentà als patrons del benefici i al bisbe de Vic Benet Ponç, prevere de la mateixa vila, com a candidat als predits beneficis.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 191r-191v.

Die lune, .XXIII. madii, anno predicto^a.

Iacobus Vitalis, ville Aqualate, patronus beneficiorum Sancti Orientis in [*sic*] ecclesiam parrochiali dicte ville^b per Guillelmum^c Morato, presbiterum, rectorem ecclesie castri de Robione^d, et Beate Catherine, in eadem ecclesiam per venerabilem Raymundum Balanya, rectorem de Iorba^e, quod institutorum in presencia testium subscriptorum, presentavit et presentare se dixit ad obtinendum dicta beneficia si et quatenus ad ipsum pertineat seu

spectet discretum Benedictum Poncii, presbiterum dicte ville, tanquam de genere dictorum institutorum et nullum beneficium obtinentis *et cetera*. Suplicans servicium presenti reverendum dominum Vicensis episcopum aut eius venerabilis vicarium aut illum ad quam de iure^f pertineat quatenus dictum discretum Benedictum Poncii tanquam abilem, ydoneum et sufficientem ad [f. 191v] obtinendum dicta beneficia admitere dignetur illas sibi conferendo. Et inde collacionem promissionem et investituram *et cetera*. Et alia faciat que in predictis fieri requirantur. Requirens *et cetera*, fieri unum et plura publicum seu publica instrumenta; presentibus testibus Filipo Valles, barberio, et Petro Lobet, fabro, ville Aqualate, ad hec vocatis et assumptis.

a. *segueix, cancel-lat*, ego. b. *segueix, cancel-lat*, institutorum. c. *segueix, cancel-lat*, Vidal. d. presbiterum ... Robione, *interlineat*. e. rectorem de Iorba, *interlineat*. f. *segueix, cancel-lat*, pertinentium.

710

[1479, maig, 24. Igualada]

El predit Jaume Vidal jura pels Quatre Evangelis que no presentarà cap altre prevere per al predit benefici.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 191v.

Item, cum alio instrumento, dictus Iacobus^a Vitalis, patronus predictus, gratis *et cetera*, non inductus neque ab alio [...]entis iuravit ad Sancta Dei Quator Evangelia quod non presentabit aliquem presbiterum seu clericum ad dictum obtinendum beneficium *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

711

[1479, maig, 24. Igualada]

El predit Jaume Vidal constitueix Joan Ponç i el seu fill Antoni Ponç com a procuradors perquè compareguin davant el bisbe de Vic o a qui pertoqui, per presentar i suplicar la concessió de l'esmentat benefici a Benet Ponç, prevere.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 191v.

Item, dictus Iacobus^a Vitalis, patronus predictus, ex certa sciencia constituo et ordino^b procuratores Iohannem Poncii et Anthonius Poncii, eius filium, et virumque eorum insolidum, videlicet, ad comparandum coram reverendo domino Vicensis episcopo aut eius honorabiles vicarios generales, aut coram illo ad quem de iure pertineat illi vel illis presentandum dictum discretum Benedictum Poncii, presbiterum illosque supplicando quatenus ad obtinendum dictum beneficium admitere dignetur. Et inde quecumque instrumenta faciendum *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, Iacobum Vitalis.*

712

[1479, maig, 24. Igualada]

Joan Ponç, procurador de Jaume Vidal, patró dels predits beneficis de Sant Orient i Santa Caterina, es presenta davant Francesc Joan d'Om, doctor en dret canònic, vicari general del bisbe de Vic, el qual admet Benet Ponç, prevere, com a beneficiat d'aquells dos beneficis, i mana d'estendre'n acta.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 191v.

Dicta die, presente me, Petro Paulo Solanelles, notario subscripto, et presentibus, inquam, Filipo Valles, barberio, et Iohannes Tria, ballistario, minore dierum dicte ville, ad hec vocatis, venerabilis Iohannes Poncii, procurator dicti venerabilis Iacobi Vitalis, patroni dictorum beneficiorum Sancti Orientis et Beate Caterine, in ecclesia Aqualate institutorum, ut constat de ipsa procuracione ut supra *et cetera*, constitutus personaliter coram honorabili et provido viro domino Francisco Iohannes Olmo, decretorum doctorum^c in spiritualibus et temporalibus, vicario generali reverendi domini Vicensis episcopi, dicto nomine presentavit eidem honorabili vicario dictum discretum Benedictum Poncii, presbiterum, necnon actum presentacionis per dictum patronum de eodem factum ad obtinendum dicta duo beneficia, supplicavit *et cetera*. Et dictus honorabilis dominum vicarius

admisit dictum discretum Benedictum Poncii, presbiterum, ad obtinendum dicta duo beneficia, si et quatenus per instrumentum fiendum existat *et cetera*. Et mandavit expediri litteram edicti super dictis beneficiis et illorum patronibus, quatenus infra octo dies se opponant vici aut coram ipso honorabili vicario ubi repertus fuerit, infra diocesis Vicensis aut in civitate Barchinone. Que omnia *et cetera*. Requirens *et cetera*.

c. *segueix, cancel·lat*, canonic.

713

1479, maig, 28. Igualada

Pere Pau Solanelles, notari públic de la vila d'Igualada, pregunta als batlles de la vila, Joan Manresa i Antoni Simó, el motiu pel qual es requeria a Francesc Artigó, mostassaf de la vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 192r.

[f. 192r] Die .XXVIII. madii, anno predicto.

Dicta die, presente et vocato me, Petro Paulo Solanelles, notario publico ville Aqualate *et cetera*, et presentibus, inquam, pro testibus, Gisperto Millars, Dalmacio Mercader, botiguerio, Bernardo Fontanils, sutore, ac Raymundo Millars, dicte ville, ad hec vocatis et assumptis Baltesar Soler, textor dicte ville, requisivit venerabiles^a Iohannem Manresa et Anthonium Simon, baiulos dicte ville, quatenus ex quo ipsi requirebant Franciscum Artigo, mostaçafium dicte ville, pro certis causis et rationibus. Et dictus Franciscus Artigo vis^b dixerit ipsum menari ipsum iniurando. Super hiis diligenter inquirere et illum de iniuria sibi illata et de delinco seu quasi delito perpetrato punire et castigare dignetur, alia protestatus fuit de omnibus licitis protestari, requirens me, dictum notarius, quatenus de premissis sibi instrumentum vel infra *et cetera*, et dum predicta sich dicerentur et requirerentur per dictum Baltesarem Soler venerabilis Iohannes Tenat, aliter ex mostaçafiis^c qui ibidem presens erat, dixit *que ell se opposava a la dita instància com sia acte de^d recapte et capítol de mostaçafaria, oferint-se punir e castigar lo dit Francesch Artigo per son prelat, ei e en quant per iustícia sia tengut*. Requirentes *et cetera*. Et dicti baiuli dixerunt *que attenent les dites paraulas e iniúrias per lo dit Francesch Artigó dites denant ells, e la punició*

e castigació de aquell se pertangue a ells e no pas a mostaçafia^e entenen inquirir sobre les dites coses, e si aquell culpable troberan, castigueram. Requirentes et cetera.

a. segueix, cancel·lat, Anthonium. b. vis, interlineat. c. aliter ex mostaçafiis, interlineat; segueixen, cancel·lades, dues lletres. d. segueix, cancel·lat, recap. e. segueix, cancel·lat, que.

714

1479, agost, 4. Igualada

Ordre de fer encant públic d'una casa, propietat dels hereus del difunt Pere Ferrer, hostaler i ciutadà de Barcelona, que es troba al carrer Nou de la vila d'Igualada, tinguda per diversos senyors; és venuda per manament de la cort dels batlles de la vila per poder pagar els creditors de l'heretat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, full solt.

Encantats e venets al més donant tot aquell alberch ab entrades e exides, drets e pertinències suas lo qual los hereus d'en Pere Ferrer, quòndam, hostaler, ciutedà de Barchinona, han e posseixen en la vila de Aguolada, en lo carrer Nou, segons afronta de una part ab lo alberch d'en Pere Balaguer, de la altre part ab la androna del mur nou, de la altre part en la casa de la palliça d'en Pere Millars, e de la altre part en lo dit carrer Nou. E té-s lo dit alberch per los senyors de la dita vila a cens de .I. diner; té-s encara en part per lo hereu d'en Francesch Segrera, quòndam, a cens de cinch sòlidos Barchinone quescun any pagadors en la festa de Nadal de Nostro Senyor, e en part per lo hereu e succehidor d'en Guillem de Serradel, quòndam, de la dita vila a cens de .I. diner; té-s encara en part per lo hereu e succehidor d'en Guillem Orelló del Forn, a cens de malla, e en part per lo hereu d'en Pere Cort, del carrer d'en Castellaulí, a cens de .II. diners; e en part per lo hereu d'en Pasqual Torroll, a cens de .III. diners. E ven-se lo dit alberch de manament de la cort dels honrats batlles de la dita vila, e lo preu si a de posar de comptat en poder del depositari de la dita cort per paga faedora als creedors de la dita heretat. Qui y diu.

Fuit traditum curritori, .X. die mensis febroarii, anno millesimo .CCCC.LXX.VIII^o.

715

1479, agost, 4. Igualada

Jaume Marquet, corredor de la vila d'Igualada, fa encant públic de la predita casa, la qual fou comprada per Gaspar Millars, de la vila, per la quantitat de 15 lliures i 10 sous.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, full solt.

Die mercurii, .IIII. augusti, anno .M.CCCC.LXXVIII^o. Iacobus Merquet, curritor publicus ville Aqualate, retulit se encantasse palam et publice f [sic] dictam villam Aqualate hospicium in presenti albarano contentum per .XXX. dies et ultra, ut est moris, et cum multi ad emendum dictum hospicium aparuerint, non tamen aparuit aliqua persona qui tantum precium in dicto hospicio quantum Gaspar Millars, dicte ville, qui se obtulit daturum pro eodem quindecim libras et decem solidos Barchinone. Et ideo, dicto Gaspari Millars, tanquam plus danti in eodem tradidit actam fischalem.

716

1479, juny, 3. Igualada

Gonçal de Fries, Guillem Rajadell i Pere Mas, el present any consellers de la universitat de la vila d'Igualada, per a utilitat d'aquesta vila permuten amb Antoni Mateu un pati que pertany als Femers de Soldevila, i que és tingut pels senyors de la vila, a canvi d'un altre pati que aquest té pels hereus del difunt Pere Paloma, traginer, que es troba al costat dels esmentats femers, tingut també pels senyors de la vila i altres senyors; la permutació és feta amb la condició que Antoni Mateu només pagui el cens del pati que rep, i, en canvi, que el pati que rep la universitat sigui franc de tots els censos, terços i altres prestacions.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 192r-192v.

Die iovis, .IIII. iunii, anno predicto.

In Dei nomine. Nos, Petrus^a Amat, Gondissalvus de Fries, Guillermus^b Regadell et Petrus Mas, consiliarii anno presenti universitatis ville Aqualate, gratis *et cetera*, pro utilitate, nobilitate et decoracione dicte ville, in hiis pro specta et attenta, pro patio

seu terre trocio infrascripto quod^c vos, Anthonius Mathei, maior dierum dicte ville, nobiscum inferius permutastis per nos, nomine dicte universitatis et successores nostros in dicto officio consiliarie, permutamus vobiscum, dicto Anthonio Mathei, et vestris et quibus volueritis perpetuum quodam paticulum terre sive trocium terre de pertinenciis patii dels *Fomers de Soldevila* dicte ville, prout per proceres ad hec per nos destinatos, fixuratum et designatum cum introitibus, exitibus, iuribus et pertinenciis suis, prout terminatur ab una parte cum^d honore vestri, dicti Anthonii Mathei, et ab omnibus aliis suis partibus cum dicto patio del *fomers*. Et tenetur per dominos dicte ville *et cetera*. Et vice versa ego, dictus Anthonius^e Mathei, pro predicto paticulo sive patio terre de pertinenciis dictorum *fomers* quod vos, dicti honorabili consilarii dicte [f. 192v] ville Aqualate michi permutastis, gratis *et cetera*, per me et omnes heredes et successores meos quoscumque promito vobiscum, dictis honorabilis consilariis nomine dicte universitatis et pro dicta universitate et successoribus vestris in dicto officio consiliarie, perpetuo, totum illud paticulum sive *patiet* de terra iam fixuris sive de *fites* fixuratum, quod est de pertinenciis illius terre trocii, quo ego emi ab heredibus Petri Paloma, quondam, traginerio, siti ad latus dicti patii dictorum *fomers*, prout terminatur ab una parte cum dicto patio dels *fomers*, et ab aliis suis partibus cum dicto terre trocio michi remanente, quodque per dominos dicte ville et alios dominos medios, ut^f instrumentis antiquis est videre *et cetera*. Hanc autem permutationem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Sub tali pacto, forma et condicione et salvitate que censum sex denariorum^g quod vos, dictus Anthonius Mathei, tenebamini facere et prestare pro dicto patio^h, quod nobis permutastis, sit salvum dictis dominisⁱ, et vos solvere habeatis pro patio terre quod vobis permutamus, damus et concedimus, sich pro patium penes dictam universitatem remanentes sit franchum et quitum ab omni census prestacione et quod universitas sit francha et libera a solucione tercii, census et^j alterius oneris, imo si aliquid^k pro premissis tam dominis dicte ville quam dominis mediis quam eciam alia ullo utique solvere habuerit id totum cedat ad vestri honus et non dicte universitatis. Et sich extrahemus *et cetera*. Promitentes tradere possessionem *et cetera*. Cedentes iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Et si forsitan id quo aliter vel nostri alteri vel aliis nostrum permutamus plus valet *et cetera*, totum illud plus nosbis, dictis nominibus ad invicem damus et remitimus *et cetera*. Promitentes *et cetera*.

Facere, habere *et cetera*. Et tenbimur ad invicem dictis nominibus ad in perpetuum de eviccione *et cetera*. Et solvere missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligamus, videlicet, nos, dicti consiliarii bona dicte universitatis, et ego, dictus Anthonius Mathei, bona mea propria. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus.

Testes, Petrus Franquesa, mercator, Nicholaus Giner, textor, et Iacobus Merquet, nuncius curie baiulorum. Et firme dicti venerabili Gondissalvi.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma; segueix, cancel·lat, Francoli.* c. *segueix, cancel·lat, vobis.* d. *segueix, cancel·lat, terre.* e. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* f. *segueix, cancel·lat, inst.* g. *sex denariorum, interlineat.* h. *segueix, cancel·lat, vet.* i. *dictis nominis, interlineat.* j. *et, interlineat al damunt de per, cancel·lat.* k. *segueix, cancel·lat, p.*

717

1479, juny, 4. Igualada

Els batlles de la vila d'Igualada manen que es vengui en encant públic un hort —que antigament eren tres horts— propietat del difunt Joan Joan, especier de la vila, que es troba a sota la Font Major de la predita vila, amb aigua per regar que prové d'aquesta font; i que és tingut per diversos senyors.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, full solt.

Encantats e venets al més donant tot aquell ort, lo qual enticament solien ésser tres orats de la heretat del honrat en Iohan Iohan, quòndam, spacer de la vila de Aguolada, construït en la orta deiús la Font Magior de la dita vila, ab aygua regant de la aygua qui discorra de la dita^a Font Maior, ab entrades e exides, drets e pertinèncias suas, segons afronta de una part^b ab lo vall de la dita vila; de la altra part ab lo camí per lo qual se va de la dita vila vers lo molí de Terres; de la altra part ab l'ort d'en Francesch Giner, qui fonch primer d'en Pere Ferrer, tapiner; e de la altra part ab l'ort dels hereus d'en Guim Vinyastroa, quòndam, mercader de la dita vila. E tés lo dit ort en part, ço és, aquella part que entigament fonch d'en Pere Arborat, per los senyors de la dita vila a agrer de delma e tascha, e encara reben aquí los dits senyors quescun any en la festa de Nadal de nostro Senyor nou diners

censals; té-s encara per lo dit Pere Arborat a cens de hun diner censal ab terç, senyoria e fadiga; té-s encara lo dit ort en part, ço és, aquella part que entigament fonch d'en Bernat Alamany, per los senyors de la dita vila; e més se té per lo dit Bernat Alamany a cens de dos diners censals ab terç de senyoria e fadiga. Et lo rector de la sglésia de la Verga Maria de la dita vila reb dels fruyts del dit ort la promeya [sic]; e més se té lo dit ort, ço és, aquella part que entigament fonch d'en Arnau Rogés, per los dits senyors de la vila; e més se té la dita part per lo dit Arnau Rogés a cens de un diner menut censal ab terç, senyoria e fadiga. E ven-se lo dit ort per manament de la cort dels honrats batlles de la dita vila per paga fahedora als creadors de la dita heretat. E lo preu se ha de posar de comptants en poder de la dita Cort. Qui dicti ut.

Fuit traditum curritoris, die quarta iunii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

a. dita, *interlineat.* b. par, *interlineat.*

718

1479, agost, 4. Igualada

Jaume Marquet, corredor públic de la vila d'Igualada, ven en encant públic el predit hort a Constança, esposa de Gonçal de Fries, de la mateixa vila, pel preu de 15 lliures i 10 sous.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, full solt.

Die mercurii, .IIII. augusti, anno .M.CCCC.LXXVIII.

Iacobus Merquet, curritor publicus ville Aqualate, retulit se encantasse palam et publice per villam predictam per .XXX. dies et ultra ortum in presenti albarano contentum, et cum multi aperuerint coram ipso qui ipsum ortum tenere voluerint, non aperuit aliquis alius emptor qui tantum precium per dicto orto dare volisset quantum dominam Constanciam, uxor venerabilis Gondissalvi de Fries, dicte ville, qui se obtulit se daturam pro eodem orto quindecim libras et decem solidos Barchinone. Et ideo, eidem domine Constancie, tanquam plus danti in eodem tradidit actam fischalem *et cetera.*

Alberà del ort d'en Iohan^a.

a. *escrit amb lletra d'una altra mà.*

719

1479, juny, 5. Igualada

Antoni Vendrell, del lloc de Santa Coloma de Montbui, reconeix a mestre Nicolau Fuster, natural del regne de Navarra, ara habitant de la vila d'Igualada, tenir en comanda seva catorze ovelles i sis "anyelles", quatre moltons —que valen 9 sous cadascun—, i sis anyells —que valen 4 sous cadascun—, i promet que durant els propers tres anys pasturarà aquest ramat, i al final d'aquest temps es repartiran el bestiar de la manera següent: mestre Nicolau Fuster Nadal prendrà vuit caps de les ovelles i "anyelles" amb tot el que hagin produït, i la resta es dividirà en parts iguals; amb els moltons, en prendrà quatre i la resta serà repartit per la meitat, i amb els anyells en prendrà quatre i els que restin també es repartiran a mitges.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scriptione publice*, f. 192v-193r.

Die sabati, .V. iunii, anno predicto.

Ego, Anthonius^a Venrell, loci Sancte Columbe de Montebovino, gratis confiteor et recognosco vobis, magistro Nicholao Fusterio, naturali regni Navarre, habitatori ville Aqualate, presenti, quod teneo in vestra comanda ad parciariam subscriptam, videlicet, quatuordecim oves sive *ovellas* et sex *anyellas*, item quatuor mutones sive *moltons* extimatos ad novem solidos pro quolibet mutone, et sex agnos sive *anyells* extimatos ad quatuor solidos pro agno. Et ideo, renunciando *et cetera*, convenio et promito vobis quod per tres annos primo et continue venturos tenebo, regam et gubernabo dicta bestiarum ipsaque pasquam, custodiam et salliam sive pasci, custodiri et salliri faciam bene et decenter, et quod in fine dicti temporis dividam dicta bestiarum simul cum lucro et augmento eiusdem^b vobiscum modo et forma sequenti [f. 193r] videlicet, les *ovelles* e *anyelles* de quibus tum prius habeant deducti ad manus vestras habere octo capita, totum residuum de les *ovelles* e de les *anyelles* una cum augmento quod Deus dederit in eodem dividatur infra unum^c annum vel infra duos annos primo venientes, deducto capitali^d sive extimacione predictis totum residuum simul cum lucro quod Deus dederit in eodem dividatur inter me et vos equis partibus, mutones, vero, si vendatur infra unum^e annum vel infra duos annos primo venientes, deducto capitali^f sive extimacione predictis, totum

residuum simul cum lucro quod Deus dederit in eodem dividatur inter nos equis partibus, et dicti sex^g agni sive *anyells*, si infra dictos tres annos^h contingerit vendi, deducto capitali predicto dividatur equis partibus inter me et vos. Si vero, in fine temporis facta legitima extimacione de eiusdem, et deducto capitali dividatur lucrum quod Deus dederit in eodem, promittentes vigore iuramenti denunciare vobis veritatem super dicta comanda et augmento sive lucro eiusdem tam de agnis, lana et caseis et alio augmento quod Deus dederit in eadem, et quod non possim vendere nec alia alienare in toto vel in parte sine licencia et interventu vestris *et cetera*. Et pro hiis obligo bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Raymundus Borraç, de Sancta Candida, termini castri de Orpino, et Petrus Palaguer [sic], sutor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*.
 b. simul... eiusdem, *interlineat*. c. unum, *interlineat*. d. *segueix, cancel-lat*, predict. e. unum, *interlineat*. f. *segueix, cancel-lat*, predict. g. sex, *interlineat*. h. *segueix, cancel-lat*, ven.

720

1479, juny, 4. Igualada

Joan de Rala, sabater, menor de dies de la vila d'Igualada, reconeix a Miquel Gil, blanquer de la mateixa vila, tenir en comanda-dipòsit 4 lliures, 18 sous i 6 diners, i promet retornar aquesta quantitat quan li sigui requerit; el receptor signa l'època corresponent.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 193r.

Die lune, .IIII. iunii, anno predicto.

Ego, Iohannes^a de Rala, sutor, minor dierum ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, Michaeli Gil^b, blanquero dicte ville, presenti, quod habui et recepi a vobis ac teneo in vestra comanda puro et plano deposito quatuor libras, decem octo solidos et sex denarios monete Barchinone de terno. Et ideo renunciando *et cetera*, promitto restituere incontinenti cum a vobis aut nomine vestro se pro parte vestra fuero requisitus *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Et pro hiis obligo me personaliter et omnia bona mea *et cetera*. Hec *et cetera*.

Testes, discretus Benedictus Poncii, presbiter, et Iohannes Canaletes, ville Aqualate.

Item, dictus Iohannes^c de Rala firmavit apocham de recepto dicto Michaeli Gil de dictis quatuor libras, XVIIIto, .VI. denarios^d.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, s.* c. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* d. *la resta del foli, en blanc.*

721

1479, juny, 30. Igualada

Els germans Pere, Gispert i Ramon Millars, fills i hereus del difunt Ramon Millars, i Pere Tria (júnior) fill i hereu de Pere Tria (senior), mercader de la vila d'Igualada, constitueixen procurador Francesc Melgosa, de la vila de Cervera, perquè reculli tots els béns, blat i animals, així com altres drets que els pertanyen.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scriptione publice*, f. 193v.

[f. 193v] Die mercurii, .XXX. iunii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

Nos, Petrus^a Millars, Gispertus^b Millars et Raymundus^c Millars, filii et heres universalis Raymundi Millars, quondam, et Petrus^d Tria, filius et heres Petrus Tria, quondam, mercatoris ville Aqualate, ex certa sciencia constituimus et ordinamus procuratorem Franciscum Melgosa, ville Cervarie, ad petendum, exhibendum, recipiendum et habendum omnes et singulas peccunie quantitates, res, bona et iura nobis seu alteri nostrum, communium vel divisim, debitas tam racione bladorum, animalium quam aliis. De receptis apochas *et cetera*. Exeuciones *et cetera*. Hostagia requirendum *et cetera*. Instrumentum cancellandum *et cetera*. Compositiones *et cetera*. Et ad lites cum potestate substituendi *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum et cuiuslibet nostrum insolidum obligo *et cetera*.

Testes firme dicti Gisperti Millars Filipus Valles et Anthonius Simon. Testes firme dicti Petri Tria Bartholomeus Tria, eius frater, et Anthonius Rovira, filius... Rovira, termini castri de Iorba. Testes firme dictorum Petri Millars et Raymundi Millars discretus Benedictus Poncii, presbiter, et Petrus Canaletes, minor dierum, ville Aqualate.

- a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *ídem.* c. *ídem.* d. *ídem.*

722

1479, juliol, 13. Igualada

Gabriel Ferrer, juntament amb Rafael, Antoni i Vicenç Ferrer, germans i fills del difunt Gabriel Ferrer, mercader de la ciutat de Manresa, procurador d'aquests, i Francesc Mateu, fill i hereu del difunt Antoni Mateu —ciudadà de Barcelona—, ambdós constitueixen Pere i Jaume Malendric, paraires de la vila d'Igualada, procuradors seus perquè cobrin tots els diners que els pertanyen, tant pel preu de la venda d'animals, blat i altres mercaderies, com per altres raons.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 193v.

Die martis, .XIII. iulii, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

Nos, Gabriel^a Ferrer, filius et heres una cum Rafaele, Antonio et Vincencii Ferrer, fratribus meis, venerabilis Gabrielis Ferrer, quondam, mercatoris civitatis Minorise, equis partibus, procuratorque cum potestate substituendi ab eiusdem Rafaele, Antonio et Vincencio, fratribus meis, legitimum constitutus et ordinatus, prout de ipsa procuracione plene constat instrumento publico inde facto et acto in villa Sancti Petri de Auro, nona mensis augusti, anno a Nativitate Domini .M^o.CCCC.LXXV^o., clausoque per discretum Franciscum de Rossella, presbiterum, vicarium et notarium ecclesie parrochialis Sancti Petri de Auro pro venerabili rectore ecclesie eiusdem, et Franciscus^b Mathei, filius et heres ut assero venerabilis Anthonii Mathei, quondam, tempore sue mortis civis Barhinone, ex certa sciencia constituimus et ordinamus ac eciam ego, dictus Gabriel Ferrer, vigore potestate per dictos fratres meos michi atributa, substituo et ordino vos, Petrum Mallendrich et Iacobo Mallendrich, paratores ville Aqualate, presentes, procuratores nostros, dictis nominibus *et cetera*, videlicet, ad petendum, exigendum, recipiendum et habendum omnes et singulas peccunie quantitates nobis et illis^c, tam communium quam divisim, debitas tam ratione preciorum quovis animalium, bladorum, et aliarum mercanciarum quam alii. Et inde apochas *et cetera*. Exeuciones *et cetera*. Penas accusandum *et cetera*. De salario protestandum *et cetera*. Hostagium

requirendum *et cetera*. Sentenciis excomunionis *et cetera*. Et quecumque instrumenta cancellandum *et cetera*. Et ad lites largo modo cum potestate substituendi *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum nostrorum et dictorum principalium obligamus *et cetera*.

Testes, Bernardus Sartra et Raymundus Tria, paratores ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
b. *idem.* c. *et illis, interlineat.*

723

1479, juliol, 14. Igualada

Francesc de Pla, de l'orde de Sant Benet, preposít del Penedès del monestir de Sant Cugat del Vallès, com a pagament de 6 lliures que deu a Antoni Simó, sabater de la vila d'Igualada, en concepte d'un préstec fet gratis et bono amore, li fa donació, pel valor del deute, de tots els drets que li pertanyen contra Jaume Cota, de la Pobla de Claramunt, com a principal, i Pere Franquesa, mercader de la vila d'Igualada, com a fidejussor, sobre la quantitat de 9 lliures i 10 sous que han de pagar el proper Nadal al monestir en concepte de censos, rendes i drets d'un arrendament.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 194r.

[f. 194r] Die mercurii, .XIII. iulii, anno predicto.

Ego, frater Franciscus de Plano, ordinis Sancti Benedicti, prepositus Penitensis in monasterio Sancti Cucufatis Vallensis, diocesis Barchinone, insolutum et satisfacionem illarum sex librarum Barchinone quas debeo vobis, Anthonio Simon, sutori ville Aqualate, presentem, racionem mutui per vos michi gratis et bono amore facti, do, cedo et mando vobis, eidem Anthonio Simon et vestris et quibus volueritis omnia iura omnesque acciones *et cetera*, michi pertinencia et pertinentes *et cetera* adversus seu contra Iacobum Cotha, loci Populi castri Clarimontis, principalem, et Petrum Franquesa, mercatorem^a ville Aqualate, ut fideiussorem, et illorum bona in aliis sex libris dicte monete, descendentibus ex illis novem libris et decem solidis dicte monete, quas dictus Iohannes Cotha et Petrus Franquesa michi dare

et solvere tenentur in festo Nathalis Domini proxime venienti, racione arrendamenti per me et eis facti de censibus^b, redditibus et iuribus que dictum monasterium et eius conventus et ego, ut prepositus predictus, recipio et recipere debeo in^c dicta villa Aqualate, et eius terminis et aliis eciam locis, prout de ipso arrendamento constat instrumento inde recepto in posse notarii subscripti et in presenti libro continuato sub calendario de duodecima die mensis febroarii proxime preteriti. Quibus iuribus possitis petere, exhigere, recipere et habere. Et inde apocham vel apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et alia uti experiri *et cetera*. Et omnia alia facere *et cetera*. Dicens et intimans^d tenori presentis auctoritatem apostolicem dictis Iacobo Cotha et Petro Franquesa quatenus de dictis .VI. libris vobis, dicto Anthonio Simon respondeant. Insuper promito facere, habere *et cetera*. Et tenebor de eviccionem largo modo *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Filipus Valles, barberius, et Bartholomeus Riba, sutor ville Aqualate.

a. *segueix, cancel-lat*, dicte. b. censibus, *interlineat*. c. *segueix, cancel-lat*, ter. d. *segueix, cancel-lat*, dictis.

724

[1479, juliol, 14. Igualada]

Pere Lledó, tonsurat, teixidor de la vila d'Igualada, Bonanat i Joan Lledó, del lloc de la Guardiolada, d'una part, i els germans Antoni Sabata, manyà, i Nicolau Sabata, paraire de draps de llana, de l'altra, signen treves mútues durant un any, i prometen que mentre durin no es perjudicaran en res, i per a major seguretat presten homenatge de paraula i de mans; Pere Lledó ho fa en poder de Pere Agustí de Coll, degà d'Igualada pel bisbe de Vic, i els altres en poder de Joan Manresa, batlle reial.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 194r-194v.

Nos, Petrus^a Ledo, textor ville Aqualate, Bonanatus Ledo et Iohannes Ledo, loci de la Guardialada, ex una parte, et nos, Anthonius Çabata, manyanus, et Nicholaus^b Çabata, parator pannorum lane, fratres^c, naturales ville Aqualate, parte ex altera,

gratis nos, dicte partes, facimus et firmamus inter nos treugas bonas, validas et legales, duraturas a die presenti qua hec presens conficitur instrumentum ad unum annum primo et continue venturum, et abinde donech fuerint redditis, et postquam fuerint redditis per .X. dies ex tunch proxime venientes *et cetera*. Que possint reddi personaliter vel per procuratorem in manu et posse honorabilium baiulorum dicte ville Aqualate, vel eorum locumtenentis vel alterius eorum in^d eorum iurediccionem *et cetera*. Convenientes et promitentes nos, dicte partes^e [f. 194v] videlicet, pars parti ad invicem, quod durantibus ipsis treugis vel earum tenenciis non faciemus, tractabimus aut procurabimus alteri vel alicui ipsarum partium aliquid dampnum, iniuriam, dedecus vel offensam palam vel occulte, directe vel indirecte, ymmo si sciremus denunciaremus *et cetera*. Et hoc sub pena quinquaginta librarum Barchinone *et cetera*, acquirenda pro medietate parti *et cetera*, et pro altera medietate curie dictorum baiulorum vel decani *et cetera*. Qua pena *et cetera*. Nichilominus *et cetera*. Et pro hiis obligamus personas et bona *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et pro maiori premissorum tucyone prestamus homagium ore et manibus *et cetera*, videlicet, ego, dictus Petrus Ledo in posse venerabili Petri Augustini de Colle, decani Aqualate pro reverendo domino Vicensis episcopo, ex quo sum tonsuratus et^f de foro sum [sic], et nos, alii in posse venerabili Iohannis Manresa, baiuli regii dicte ville, ipsum homagium nomine domini regis et monasterii Sancti Cucufatis Vallensis recipientis *et cetera*.

Testes, venerabiles Petrus Amat et Petrus Mas, consiliarii, et Michael Gil, assahonator pellium, ville Aqualate, ac Iohannes Rossich, loci castri de Iorba. Sunt eciam testes.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.* b. *ídem.* c. *fratres, interlineat al damunt de habit.* d. *segueix, cancel·lat, cita ville.* e. *segueix, cancel·lat, quod.* f. *segueix, cancel·lat, in.*

725

[1479, juliol, 14. Igualada]

Antoni Sabata i Nicolau Sabata, que es troben arrestats en virtut del jurament i homenatge que havien prestat, prometen que

deu dies després d'haver-los avisat es presentaran davant dels batlles de la vila, i presten homenatge en poder de Joan Manresa, batlle reial.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 194v.

Item, dicti Anthonius^a Çabata et Nicholaus^b Çabata, relexati ab arresto^c, vigore iuramenti et homagii et pene subscriptorum, promiserunt, in manu et posse honorabilium baiulorum dicte ville, quod infra .X. dies postquam requisiti fuerint personaliter aut in domo eorum patris, aut voce preconia per loca solita dicte ville tornabunt et mitent capti personaliter in posse ipsorum baiulorum non censuratos, accordatos, guidatos nec alias asecuratos, sed totaliter de eorum foro et iurediccione sub pena .L. librarum *et cetera*. Obligarunt personas et bona *et cetera*. Et iurarunt *et cetera*. Prestiterunt homagium in posse domini venerabilis Iohannis Manresa, baiuli regiis, nomine domini regis et monasterii recipientis.

Testes, dicti Michael Gil et Iohannes Rossich.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.* b. *idem.* c. relexati ab arresto, *interlineat.*

726

1479, juliol, 23. Igualada

Jaume Maçana, sabater i habitant del lloc de Copons, fill i hereu de Caterina, vídua d'Antoni Maçana, per afrontar el pagament dels 44 sous que deu a Joan Muset, abans del terme del castell d'Òdena i ara habitant d'Igualada, en concepte de certes tasques i deutes, li fa donació de tots els drets sobre la mateixa quantitat que li pertanyen contra Pere Canaletes (sènior), de la predita vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 194v-195r.

Die veneris, .XXIII. iulii, anno predicto.

Ego, Iacobus^a Maçana, sutor, habitator in loco de Coponibus, filius et heres universalis domine Catherine, uxor venerabilis Anthonii Maçana, quondam, parentum meorum, ville Aqualate, in solutum et satisfaccionem illorum quadraginta quatuor solidorum Barchinone quos debeo vobis, Iohannis Muset, olim termini castri de Otina, nunch vero habitator in dicta vila Aqualate,

ratione laborum et actum in alia debitorum *et cetera*, do, cedo et mando vobis, eidem Iohanni Muset et vestris [f. 195r] omnia iura et acciones *et cetera*, michi pertinencia et pertinentes adversus seu contra venerabilem Petrum Canaletes, maiorem dierum dicte ville, pretextu illorum quadraginta quatuor solidorum quos michi debet mediante quodam albarano, eius propria manu scripto, causis et rationibus in illo contentis *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Possitis petere *et cetera*. Apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Dicens et mandans *et cetera*. Promitens facere, habere *et cetera*. Et tenebor de evicione contra cunctas personas *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona *et cetera*. Et iuro *et cetera*.

Testes, Gispertus Millars et Gaspar Millars, ville Aqualate.

Et ipsa eadem die Iacobus Merquet, nuncius curie honorabilium baiulorum retulit se instante dicto Iohanne Muset intimasse dictam cessionem dicto Petro Canaletes, maiori dierum, personaliter invento *et cetera*.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

727

1479, juliol, 27. Igualada

Gispert Millars, mercader de la vila d'Igualada, constitueix procurador el seu nebot Ramon Millars.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 195r.

Die martis, .XXVII. iulii, anno predicto.

Ego, Gispertus^a Millars, mercator ville Aqualate, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Raymundum Millars, nepotem meum sive *nebot*, procuratorem meum certum et specialem *et cetera*, videlicet, ad lites largo modo *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*, et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum omnium obligacione *et cetera*.

Testes, Guillelmus Francoli, sartor, et Nicholaus Busquets, textor, ville predicte.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

728

1479, agost, 2. Igualada

D'una banda, Bernat Sallent, i Pere, Gaspar i Ramon Millars, amb Gispert Millars com a procurador, de l'altra, es comprometen amb Bartomeu Sabata, Joan Soler i Bernat Reguant com a àrbitres, per a resoldre les diferències que tenen per raó d'uns deutes, pels quals es féu convinença a la cort dels sotsveguer i batlles de la vila d'Igualada.


API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, full solt.

Die lune^a, .II. augusti, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

Bernardus^b Sellent, ex una, et Petrus^c Millars, Gaspar^d Millars et Raymundus^e Millars, ut procurator assertus^f Gisperti Millars, ex altera, dicti partes compromiserunt in Bartholomeum Çabata et Iohannem Soler^g, arbitros et arbitratores, et honorabilem Bernardum Reguant, in tercium arbitrum comuniter et concorditer electos *et cetera*, super quibusvis diferenciis que sunt inter ipsas partes racione quorumvis debitorum et compotorum, de et pro quibus iam inter ipsos fuit^h facta convenienciam in curia subvicarii et baiulorum Aqualate *et cetera*. Promitentes pena .C. solidos *et cetera*ⁱ. Dantes vobis plenam possessionem *et cetera*. Obligamus bona *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et tempus infra quem^j predicta valeant terminari hunch per totam presentem addomadam.

Testes, Guillermus Francoli, sartor, et Nicholaus Busquets, textor ville Aqualate. Testes firme dicti Bernardi Sallent^k magnificus Petrus Iohannes de Montebovino, Petrus Amat, et Petrus Mas et Iohannes Tenat^l. Et firme Petri Millars Berengarius Bofill et Iohannes Rala, sutor.

a. *segueix, cancel·lat*, .X. b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. c. *ídem*. d. *ídem*. e. *ídem*. f. *assertus, interlineat*. g. *segueix, cancel·lat*, et in honorabilium. h. *segueix, cancel·lat*, convent. i. *segueix, cancel·lat*, Obligantes bona. j. *segueix, cancel·lat*, presens. k. dicti Bernardi Sallent, *interlineat*. l. *la resta de la línia, en blanc*.



729

1479, agost, 2. Igualada

Instrument relatiu a Joan Soler, barber, Gabriel Claramunt i Joan, mosso d'en Millars.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, full solt.

Dicte die.

Iohannes Soler, barberius, promisit in manu baiulorum dicte ville quod hunch ad unum mensem^a proxime sequentes dabit operam ad efectum, quod Gabriel Claramunt, loci de Castri[...] firmabit et dabit verbum Iohanni... , *moço* d'en Millars, et quod interim dedit verbum dicto *moço* pro dicto Gabrieli Claramunt. Promitens *et cetera*, pena .X. librarum *et cetera*. Bona *et cetera*. Renunciavit *et cetera*. Et iuravit *et cetera*.

Testes, Petrus Amat, Guillermus Regadell, Petrus Mas^b.

a. unum mensem, *interlineat al damunt de quindecim dies, cancel-lat*. b. *tot l'instrument ratllat amb una ratlla ondulant; continua la següent nota al peu del document*, De voluntate honorabilium baiulorum fuit cancellata dicta promissione. Testes, Petrus Aguilera et Anthonius Truyllols.

730

1479, agost, 7. Igualada

Miquel Casademunt, prevere beneficiat a la seu de Barcelona i titular del benefici de Sant Martí, instituït a l'església de la vila d'Igualada, constitueix procurador seu Nicolau Giner, teixidor de la predita vila, perquè cobri tots els diners que li deuen en concepte de les rendes del predit benefici.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 195r.

Die sabati, .VII. augusti, anno predicto.

Ego, Michael Casademunt, presbiter in Sede Barchinone beneficiatus beneficiatusque beneficii^a Sancti Martini, in ecclesia Aqualate instituti, ex certa sciencia revocando cum presenti quoscumque procuratori per me actenus constitutos, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Nicholaum Giner, textorem dicte ville Aqualate, presentem, procuratorem meum certum et specialem *et cetera*, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum pro me et nomine meo quascumque pecunie quantitates michi

debitas tam ratione redditum dicti beneficii quam alia *et cetera*. De receptis apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Gracias, lexias, composiciones et avinencias. Et^b ad lites largo modo cum potestate substituendi. Et omnia alia *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes, Nicholaus Puiggros, parator Aqualate, et discretus Michael Iohan, scriptor Barchinone.

a. *segueix, cancel·lat*, b. *segueix, cancel·lat*, quasvis.

731

1479, agost, 9. Igualada

Antoni Rosseta, paraire de draps de llana de la vila d'Igualada, curador dels béns i l'heretat que foren del difunt Joan Joan, apotecari de la predita vila, atès que aquesta heretat és molt gravada i que els creditors contínuament el molesten per tal que pagui els deutes del difunt, i que l'heretat no disposa de diners ni béns mobles, ordena a Jaume Marquet, corredor públic, que vengui en encant públic aquell hort que es troba al costat del portal de la Font Major de la predita vila, el qual és adquirit per Constança, esposa de Gonçal de Fries, pel preu de 15 lliures i 10 sous; aquest mateix dia els batlles de la vila confirmen la venda.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 195v.

[f. 195v] Die lune, .VIII. augusti, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

In Dei nomine. Ego, Anthonius Rosseta, parator pannorum lane, ville Aqualate, curator datus et constitutus et assignatus per honorabiles baiulos ville Aqualate bonis que fuerunt hereditatis venerabilis Iohannis Iohan, quondam, apothecarii dicte ville, prout de dacione dicte curie constat in processu *et cetera*, nomine predicto; attendens hereditatem et bona eiusdem Iohannis Iohan, quondam, fore pluribus creditoribus obligatam et obligata in pluribus peccunie summis, quiquidem creditores me, dictum curatorem, cotidie in iudicio et extra inquietant ad solvendum eorum debita, attendens in dicta hereditate non esse peccunie quantitates nec bona mobilia ex quibus satisfieri valeat dictis creditoribus *et cetera*, et propterea fecerunt exponi venale in

encantu publico per Iacobum Merquet, curritorem publicum, totum illum ortum dicte hereditatis citum in termino dicte ville, satis prope et iuxta portale Fontis Maioris dicte ville, prout terminatur *et cetera*. Et tenetur *et cetera*. Et cum dictus curritor publicus dictum^a ortum palam et publice per dictam villam per .XXX. dies et amplia *et cetera*. Quo circa premisis attentis *et cetera*, nomine curatorio *et cetera*, vigente necessitate dicta legitima subastacione precedente intervenienteque in hiis auctoritate et decreto honorabilium baiulorum dicte ville, vendo *et cetera* vobis, domine Constance, uxori venerabilis Gondissalvi de Fries, ibidem presenti, ex vestris propriis peccuniis ementi et vestris et quibus volueritis totum dictum ortum cum introitibus, exitibus, iuribus *et cetera*. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus *et cetera*. Precium vero predictorum que vobis vendo est quidecim librarum^b et decem solidorum Barchinonensium. Et ideo renunciando *et cetera*, dono et remito *et cetera*. Pro eviccione autem predicto *et cetera*, obligo vobis, dicte emptrici omnia et singula alia bona dicte curie *et cetera*, bona autem mea propria minime intendo *et cetera*. Hec igitur *et cetera*. Ego itaque Iacobus^c Merquet, curritor publicus *et cetera*, confiteor et recognosco *et cetera*, quo predicta per vos empta *et cetera*. Et cum plures emptores *et cetera*, nullius aperuit qui tantum precium se obtulisset seu daturum precium vos *et cetera*, qui obtulistis vos daturam dictas .XV. libras, .X. solidos. Ideo, vobiscum tanquam plus danti vendicionem inhiui [*sic*] supradictam precio supradicto.

Testes, venerabiles Franciscus Ninot, mercator ville Cervarie, Gispertus Millars et Bartholomeus Çabata, manyanus ville Aqualate.

Et ipsa eadem die venerabilis^d Iohannes Manresa, baiulus dicte ville pro domino rege et Anthonius^e Simon, baiulus eiusdem ville pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis, dicte vendicionis eorum prestiterunt auctoritate pariter et decretum *et cetera*.

Presentibus testibus proxime dictis^f.

a. *segueix, cancel-lat*, hoc. b. *segueix, cancel-lat*, Barchinone. c. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. d. *al damunt de venerabilis, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. e. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. f. *tot l'instrument, ratllat amb tres ratlles verticals*.

732

[1479, agost, 9. Igualada]

El mateix dia, en presència del notari sotascrit, els batlles de la vila i testimonis, Antoni Rosseta féu donació corporal a Constança de l'hort venut.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 195v-196r.

Dicta die, presente me, notario subscripto, et presentibus, inquam, Nicholao Puiggros, paratore pannorum lane, et Bernardo Fontanils, sutore, ac Bartholomeo Torello, agricultore, dicte ville Aqualate, presentibusque in hiis assistentibus venerabili Iohanne Manresa, baiulo dicte ville Aqualate pro domino rege, et Anthonio Simon, baiulo eiusdem ville pro monasterio Sancti Cucufatis Vallensis *et cetera*, dictus Anthonius [*f. 196r*] Rosseta, curator precontentus, vigore dicte vendicionis tradidit possessionem corporalem seu quasi dicte domine Constancie, emptrici predicte, de orto memorato tam iuribus et pertinenciis suis in hunch que sequitur modo: quam existentibus omnibus predictis extra dictum ortum, dictus Anthonius Rosseta, curator, accepit dictam dominam Constanciam, emptricem, per manum dexteram et illam introduxit in dictum ortum tradiditque sibi de terra, de fructibus arborum, et postea idem curator foras exivit dicta domina Constancia intus infra possessione remanente, accedente per ipsum ortum hunch inde legendo de fructibus qui in eo erant protestate, que non solum corpore sed eciam animo *et cetera*. Et hec facta fuerunt insigne vere possessionis per dictum curatorem tradite, et per dictam dominam Constanciam adeptae de dicto orto, iuribus et pertinenciis suis. De quibus omnibus singulis *et cetera*. Que fuerunt *et cetera*.

733

1479, agost, 20. Igualada

Gonçal de Fries, de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor dels esposos Pere Canaletes (sènior) i Esperança, i a llur fill Pere Canaletes (júnior), on reconeix que li han pagat tots els diners que li devien, tant per raó de certs animals com de certs draps.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 196r.

Die veneris, .XX. augusti.

Ego, Gondissalvus^a de Fries, ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, venerabili Petro Canaletes, maiori dierum, domine Sperancie, eius uxoris, et Petro Canaletes, minori dierum, dicte ville Aqualate, quod paccastis et satisfacistis michi^b bene, plenarie et integre in omnibus peccunie quantitibus que per vos seu alterum vestrum fuerunt^c michi debite, usque in diem presentem, tam ratione quorumvis bestiarum animalium quam pannorum. Et ideo, renunciando *et cetera*, presentem vobis facio apocham de soluto, sub presenti sue finacione non intendimus comprehendere aliqua quantitates debitas ratione censium et terciorum quarumvis proprietatum.

Testes, Petrus Amat, sutor, et Petrus Mas, sutor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, in om.* c. *segueix, cancel·lat, deb.*

734

[1479, agost, 20. Igualada]

Pere Canaletes (sènior) i Pere Canaletes (júnior) estenen àpoca al predit Gonçal de Fries, en concepte de certes quantitats que li devien per diversos tractes, si bé aquesta època no comprèn alguns censos ni el terç de les propietats d'aquest.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 196r.

Simile apocham et finacionem fecerunt dicti Petrus^a Canaletes, maior, et Petrus^b Canaletes, eius filius, dicto Gondissalvo de Fries^c de quibuscumque quantitibus per eundem Gondissalvum eisdem Petro Canaletes, patri et filio^d, usque in die presentem debitis, pro quibuscumque quantitibus et mercibus quibus vobiscum contrataverimus. Sub presenti apocha sive finacione non intendimus comprehendere aliquos census nec tercia quarumvis proprietatum vestrarum.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *ídem.* c. *segueix, cancel·lat, usque.* d. *segueix, cancel·lat, de.*

735

1479, agost, 24. Igualada

Gonçal de Fries, de la vila d'Igualada, juntament amb en Gaspar Vidal, notari de Tàrrrega, en nom del rei i amb plens poders, prèvia subhasta feta la festa de Santa Maria del mes d'Agost proppassat, arrenda a Pere Tria, mercader, Joan Soler, barber, i Antoni Trullols, blanquer, de la vila d'Igualada, les imposicions d'aquesta vila, que són la del pa, del vi, de la carn, del blat, del peix, del safrà, de les espècies, la ferreria, la sabateria i la peita; el preu de l'arrendament és de 130 lliures amb 3 lliures d'eixauc.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 196v.

[f. 196v] Pro impositionibus^a.

Die mercurii, .XXIII. augusti, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

Ego, Gondissalvus de Fries, ville Aqualate, habens de subscriptis plenum posse una et insolidum cum venerabili Gaspare Vitalis, notario ville Tarrege a serenissimo domino rege, cum eius littera patenti cuius datus fuit in villa de la Almunia de dona Gondina, quarta die aprilis anni .M.CCCC.LXX. primi, gratis *et cetera*, nomine domini regis et ex potestate in eadem atributa, previa legitima subastacione^b a festo Beate Marie mensis augusti proxime preteriti, ad unum annum primo et continue venturum, vendo seu arrendo vobis, Petro Tria, mercatore, Iohanni Soler, barbitonsor, et Anthonio Truyllols, blanquero, dicte ville Aqualate, omnes integriter impositions que singulis annis colliguntur in dicta villa Aqualate uti impositions panis, vini, carniun, bladorum, piscium, honorum crocei, speciarie, ferrarie, sabaterie et peyte sive *de la peya*, ut in quodam albarano vendicionis ipsarum imposicionum inde facto ad quod me refero lacius continentur. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*. Tradens possessionem *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*]^c. Ego, enim, eodem nomine *et cetera*. Precium est centum triginta librarum monete Barchinone de terno *et cetera*, comprensis tribus libris de *exauc*. Et ideo, renunciando dono scienter et remito *et cetera*. Insuper, eodem nomine promito facere, habere et tenere per dictum tempus *et cetera*. Et tenebor de eviccione *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona et iura dicti domini regis mobilia et immobilia *et cetera*^d. Bona vero mea pro hiis

minime obligare intendo *et cetera*. Renuncio *et cetera*. Et iuro *et cetera*. In animam dicti domini regis.

Testes, Iohannes Tenat, faber, Anthonius Mathei, maior, et Anthonius Rosseta, parator pannorum lane, dicte ville.

a. *encapçalament amb minúscules d'un cos molt gran*. b. *segueix, cancel·lat, vendo*. c. *manca al manuscrit*. d. *segueix, cancel·lat, Renuncio*.

736

[1479, agost, 24. Igualada]

Els predits Pere Tria, Joan Soler i Antoni Trullols, arrendadors de les imposicions, reconeixen deure a Gonçal de Fries, receptor del preu d'aquestes, 130 lliures en concepte de l'esmentat arrendament, i les pagaran en dotze terminis, un cada final de mes.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 196v-197r.

Nos, vero, dicti^a Petrus^b Tria, Iohannes^c Soler et Anthonius^d Trullols, emptores predictarum impositionem, gratis *et cetera*, confitemur et recognoscimus vobis, dicti venerabili Gondissalvo de Fries, venditori et seu receptori preciorum dictarum impositionem nomine domini regis, quod debemus vobis, dicto nomine et seu verius dicto domino regi, centum triginta libras Barchinone ratione seu precio omnium impositionum predictae ville per nos, [f. 197r] ut premititur, emptatas ut superius continetur. Et ideo, renunciando *et cetera*, solvere promittimus vobis, dicto nomine, aut cui volueritis aut dictus dominus rex voluerit et mandaverit, sub pena tercii curie honorabilium baiulorum ville Aqualate vel alterius curie, per duodecim tercias equales sive soluciones fiendas infra unum annum primo venturum, videlicet, in fine et ultime die cuiuslibet mensis unam solucionem *et cetera*. Sine dilacione *et cetera*. Cum salario procuratoris quinque solidorum. Et solvemus missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligamus personaliter et omnia et singula bona nostra et cuiuslibet nostrum insolidum. Renunciamus *et cetera*, beneficio novarum constitutionem *et cetera*. Et omni iuri *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, predicti^e.

a. *segueix, cancel·lat, Io*. b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. c. *ídem*. d. *ídem*. e. *tot l'instrument, ratllat amb una*

ratlla ondulant; continua la següent nota al peu del document, Die mercurii, .XIII. decembris, anno .M.CCCC.LXXXV., de voluntate et mandato dicti venerabilis Gondissalvi de Fries fuit cancellata dicta securitas, eo quia fuit sibi plenarie satisfactum in dictis centum triginta libras per dictos obligatos. Et ideo et cetera; presentibus testibus Petro Claramunt, sutore, et Melchiore Reiadell, paratore pannorum lane, ville Aqualate.

737

1479, agost, 27. Igualada

Nicolau Giner, teixidor de la vila d'Igualada, és nomenat pels batlles de la vila curador sobre els béns que foren del difunt Pere Ferrer —hostaler de la vila d'Igualada i en el moment de la seva mort veí de Barcelona—, i de la seva esposa Joana, i atès que aquesta heretat és gravada per molts creditors i no disposa de diners ni de béns mobles, el predit curador decideix vendre en encant públic la casa d'aquesta heretat que es troba al Carrer Nou.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 197r-197v.

Die veneris, .XXVII. augusti, anno predicto.

In Dei nomine. Ego, Nicholaus^a Giner, textor ville Aqualate, curator datus et constitutus et assignatus per honorabiles baiulos ville Aqualate, bonis que fuerunt hereditatis Petri Ferrer, quondam, hostaleri^b ville Aqualate, et tempore sue mortis habitatoris civitatis Barchinone, et domine Iohanne, eius uxor, prout de dacione dicte curie constat in processu *et cetera*, nomine predicto *et cetera*, attendentes hereditatem et bona predicta fore pluribus et diversis creditoribus obligatam in pluribus peccunie summis, quiquidem creditores me, datum curatorem, cotidie in iudicio et extra inquietant ad solvendum eorum debita, attendentes in dicta hereditate non esse peccunie quantitates nec bona mobilia de quibus valeant satisfieri, et propterea fecerunt exponi venale in encatu publico per Iacobum Merquet, curritorem publicum dicte ville, hospicium dicte hereditatis citum in dicta villa, in vico vocato lo Carrer Nou, confrontatum *et cetera*^c.

Testes, Iohannes Tria, balistarius, Marcus Stany, sutor, et Iohannes Pasqual, parator. Et eciam firme [...]d.

[f. 197v] Testes.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, un mot.* c. *segueix un espai en blanc corresponent a deu línies.*

d. segueixen un nom i un cognom il·legibles, ja que els testimonis estan escrits en lletra diminuta; al final de la pàgina, també en lletra diminuta i al marge esquerre, Et baiuli [al damunt de baiuli, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma] prestarunt decretum; la primera meitat del foli 197v és en blanc, i al marge esquerre es llegeix, precio .XV. libras, .X. solidos.

738

1479, agost, 22. Igualada

Pere Millars, mercader de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor de Joan Borràs, del lloc de Tous, per la quantitat de 27 florins i 8 sous que són part de 30 florins i 8 sous que prometé pagar-li per la venda d'un mul de pèl castany.

API 307. JOAN ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 197v.

Die dominica, .XXII. augusti, anno predicto.

Sit omnibus notum quod ego, Petrus^a Millars, mercator ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, Iohanni Borraç, loci de Thous, presenti^b, quod ex illis .XXX. florenos et octo solidos Barchinone pro quibus seu quarum precio vendidi vobis unum mulum de pilo *castany*, et illos michi assecurastis et solvere promisistis infra certos terminos sive soluciones, iam elapsos, mediante quadam securitate sive obligacione inde recepta per discretum Marchum Busquets, auctoritate regia notario, die et anno in ea contentis, solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, viginti septem florenos et octo solidos eiusdem monete. Et ideo, renunciando *et cetera*, presentem vobis facio apocham de soluto^c.

Testes, Bartholomeus Torello et Bartholomeus Ferrer, agricultores ville Aqualate.

a. al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma. b. presenti, interlineat. c. segueix un espai en blanc corresponent a quatre línies.

739

[1479, agost, 22. Igualada]

El predit Joan Borràs, amb el consens d'Antoni Rovires, de la vila d'Igualada, reconeix deure a Pere Millars tres florins, part d'un deute, i promet que els pagarà en dos terminis: una meitat

per la propera festa de Tots Sants i l'altra per la propvinent festa de Santa Maria d'Agost.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 198r.

[f. 198r] Item, cum alio instrumento, ego^a, dictus Iohannes^b Borraç, sine preiudicio novacione et derogacione prioris co[...]^c et cetera, ymo illum laudandum et cetera, et cum assensu et utilitate Anthonii^d Rovires, dicte ville Aqualate, ibidem presentis et consentientis^e, confitens me debere vobis, dicto Petro Millars, presentis, tres florenos restantes ex dicto debito. Et renunciando excepcioni et cetera, gratis convenio et promito vobis quod predictos tres florenos solvam vobis per soluciones sequentes, videlicet, medietatem in festo Omnium Sanctorum proximo venturo, et aliam medietatem in festo Beate Marie mensis augusti proxime venientis. Sub pena tercii et cetera, et cum salario et cetera, et dictis accessoriis et cetera. Obligo bona et cetera. Renuncio et cetera. Et iuro et cetera.

Testes, predicti.

a. ego, *interlineat*. b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. c. *espai corresponent a unes quatre lletres*. d. *ídem*. e. *ibidem ... consentientis, interlineat*.

740

1479, setembre, 5. Igualada

Sança, vídua de Joan Vall, major d'edat, de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor de Pere Millars, mercader de la vila, per la quantitat de 21 lliures, preu que prové de la venda que féu del mas Mulner a Francesc Vall, mestre de cases i ciutadà de Barcelona, entre altres.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 198r.

Die dominica, .V. septembris, anno predicto.

Sit omnibus notum quod ego, Sancia^a, uxor Iohannis Vall, quondam, maioris dierum ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, venerabili Petro Millars, mercatori dicte ville, licet absenti, quod ex precio mansi *Mulner*, per vos empti de manu Francisci Vall, magistri domorum, civis Barchinone, et aliis in instrumento dicte empconis nominatis, solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, viginti unam libras Barchinone. Et ideo, renunciando excep-

cioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de dictis viginti una libris, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, quinta die mensis septembris, anno a Nativitate Domini milesimo .CCCC^o. septuagesimo nono. S+num Sance predicte, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Petrus Claramunt, sutor, Iacobus Ferriol, Iohannes Ferriol, agricultores, magister Nicholaus Navarro, fusterius, et Raymundus Tria, filius venerabili Petri Tria, quondam, dicte ville Aqualate.

Fuerunt eciam presentes dicti dicta [*sic*] domina Sancia, firmarunt dicte apoche instrumentum domina Constancia, uxor Gondissalvi de Fries, domina Matheva, uxor dicti magistri Nicholai, domina Eulalia, uxor Iacobi Vilar, quondam, et domina Beneta, uxor Gasparis Millars.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

741

1479, setembre, 17. Igualada

Gonçal de Fries, receptor reial del preu de les impositions a la vila d'Igualada, estén àpoca a favor de Pere Tria, mercader, Joan Soler, barber, i Antoni Trullols, blanquer, tots de la predita vila, per la quantitat de 19 florins i mig que valen 16 lliures, 11 sous i 6 diners, diners que es devien a Martino de Perigon, del regne de Navarra, familiar del noble Pere Dansa.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 198v.

[f. 198v] Die veneris, .XVII. septembris, anno predicto.

Sit omnibus notum quod ego, Gondissalvus^a de Fries, collector et receptor preciorum impositionum ville Aqualate pro serenissimo domino rege, confiteor et recognosco vobis, Petro Tria, mercatori, Iohanni Soler, barbitonsoris, et Anthonio Truyllos, blanquerio, dicte ville Aqualate^b, emptoribus impositionum dicte ville in anno presenti et currenti, quod ex precii ipsarum impositionum, de voluntate mei et^c vigore cuiusdam littere nobilis domini Petro Dança, militis, michi directe et tradite, solvistis et tradidistis venerabili Martini de Perigon, regni Navarre, familiari dicti nobili Petri Dança, decem novem florenos cum dimidio auri

valentes, ad rationem decem septem solidorum Barchinone pro floreno, sexdecim libras, undecim solidos et sex denarios monete Barchinone de terno. Et sunt dicti sexdecim libri, undecim solidi et undecim denarii in solutum prorata dictorum mensium sequentium qui curre ceperunt quinta decima die presentis et subscripta mensis septembris. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et per modum predictum non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis sexdecim libras, .XI. solidis, .VI. denariis, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, decima septima die mensis septembris, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC. septagesimo nono. S+num, Gondissalvi de Fries, predicti, qui dicta nomine hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Anthonius Simon, Franciscus Artigo et Bartholomeus Riba, sutores^c, ac Raymundus Millars, mercator, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
b. Aqualate, *interlineat.* c. et, *interlineat.* c. *segueix, cancel·lat, Ray.*

742

1479, setembre, 19. Igualada

Esteve Capellades, de Vilafranca del Penedès, constitueix Joan Tenat, menestral d'Igualada, procurador perquè cobri 7 lliures que li deu Rafael Çanahuga, sutor dicte ville, mediante obligacione et cetera.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 198v.

Die dominica, .XVIII. septembris.

Ego, Stefanus^a Capellades, Ville Franche Penitensis, ex certa sciencia constituo et ordino procuratorem Iohannem Tenat, fabrum Aqualate, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum illas septem libras Barchinone quas michi debet Rafael Çanahuga, sutor dicte ville, mediante obligacione *et cetera*. De recepto apocham *et cetera*. Et instrumento cancellandum. Et omnia alia *et cetera*. Promitens *et cetera*. Obligo bona *et cetera*.

Testes, Gispertus Millars, mercator, et Petrus Mallendrich, parator, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

743

[1479, setembre, 19. Igualada]

Gabriel Calvet, prevere i rector de l'església del castell d'Òdena i beneficiat del benefici de Sant Martí instituït a la predita església, constitueix Rafel Sanaiija, sabater de la vila d'Igualada, procurador seu perquè cobri els diners pertanyents a les rendes d'aquesta rectoria i benefici així com els que li deguin per altres raons.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 199r.

[f. 199r] Ego, Gabriel^a Calvet, presbiter rector ecclesie castri Otine beneficiatusque beneficii Sancti Martini, in dicta ecclesia Otine instituti, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Rafaelem Çanahuga, sutorem dicte ville, presentem procuratorem *et cetera*, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum pro me et nomine meo omnes et singulas peccunie quantitates michi debitas tam racione redditum dicte rectorie et beneficii quam alia quibusvis racionibus sive causis. De receptis apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et ad lites largo modo *et cetera*. Cum potestate substituendi *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*, et non revocare. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes, Bernardus Domenech, Michael Mas, textor, et Michael Gatell, parator, dicte ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

744

1479, setembre, 30. Igualada

Gonçal de Fries, de la vila d'Igualada, en representació de Joan de Montbui, castlà del castell de Montbui, reconeix a Miquel Gatell, paraire de draps de llana de la vila d'Igualada i col·lector de la quèstia dels homes d'aquesta vila que tenen terres en el terme del predit castell, haver rebut 15 lliures per aquest concepte.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 199r.

Die iovis, .XXX. septembris.

Sit omnibus notum quod ego, Gondissalvus^a de Fries, ville Aqualate, habens consignacionem a magnifico domino Iohanne

de Montebovino, milite, castlano in castro de Montebovino, de quantitate peccunie subscripta mediante quodam papireo albarano^b eius propria manu scripta, cuius datis fuit^c die dominica quarta mensis iulii proxime devoluti, confiteor et recognosco vobis, Michaeli Gatell, paratori pannorum lane dicte ville, collectori questie hominum ville predicte Aqualate^d, terras tenentium in dicto termino de Montebovino, anni presentis^e currentis millesimi .CCCC. septuagesimi noni subscripti, quod ex peccunii dicte questie per vos collectis et receptis solvistis et tradidistis michi, realiter numerando, quindecim libras Barchinone. Et ideo, renunciando excepcioni *et cetera*^f.

Testes huius rei sunt^g Bernardus Venrell, mercator, Michael Mas, textor, dicte ville Aqualate, et Anthonius Querulla, loci Villenove de Camino.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*
 b. *albarano, interlineat al damunt de littera sua, cancel-lat.* c. *segueix, cancel-lat,* in loco Sancte Columbe de Montebovino. d. *hominum ... Aqualate, interlineat.*
 e. *segueix, cancel-lat,* et. f. *segueix un espai en blanc corresponent a tres línies.* g. *segueix, cancel-lat, Mich.*

745

1479, setembre, 25. Igualada

Arnau Calanera, mercader i habitant del lloc de Torres, procurador de Berenguer Artigó, doctor en lleis de la cort de Barcelona, constitueix procuradors Pere Canaletes (senior), i els seus fills Pere (júnior) i Joan, perquè reclamin un canvi monetari, tant en nom seu com en el del seu principal.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 199r.

Die dominica, .XXV. septembris, anno predicti.

Ego, Arnaldus^a Calanera, mercator, habitator loci de Torres, procurator ad subscripta et alia legitime cum potestate substituendi *et cetera*, ab honorabili Berengario Artigo, legum doctore curie Barchinone, habente locum et cessionem de debito cambii^b subscripti, prout de ipsa procuracione constat notario publico inde facto et acto Barchinone... , substituo et ordino vos, Petrum Canaletes, maiorem dierum, Petrum Canaletes et Iohannem Canaletes, eius filius, videlicet, ad petendum dictum cambii in dicta procuracione contentum, et illud dari, tradi et solvi requi-

rendum et faciendum michi, dicto nomine aut dicto honorabile Berengario Artigo, principali meo *et cetera*, omnia alia *et cetera*. Promittentes habere ratum et non revocare. Obligo bona dicti principalis mei *et cetera*.

Testes, Petrus Tria, mercator, et Berengarius Bofill, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, sibi in dicto.*

746

1479. octubre, 3. Igualada

Antoni Almúnia, fill i hereu universal del difunt Pere Almúnia, de la vila d'Igualada, reconeix a Gabriel Borràs, adquisidor d'un tros de terra situat al lloc anomenat les Comes del Puigferrer, al terme d'Òdena, que havia estat heretat del difunt Arnau Torrent, de la predita vila, que ha rebut 100 sous, preu pel qual aquest havia venut al predit Pere Almúnia un censal de 7 sous i 2 diners amb obligació especial d'aquest tros de terra, per la qual cosa n'estén àpoca.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 199v.

[f. 199v] Die dominica, .III. octobris, anno predicto.

Ego, Anthonius^a Almunia^b, heres universalis^c venerabilis Petri Almunia, quondam^d, ville Aqualate^e, prout de ipsarum herencia plene constat per eius testamenta quof fecit^f diebus et annis in illis contentis *et cetera*, confiteor et recognosco vobis, Gabrieli Borraç, emptori seu adquisitori illius terre trocii hereditatis Arnaldi Torrent, quondam, ville predictae, citi in termino castris^g Otine, loco vocato *les Comes del Puigferrer*, quod solvistis, restituistis et tradidistis michi, voluntati mee, illos centum solidos Barchinone pro quibus seu quorum precio dictus Arnaldus Torrent vendidit dicto Petro Almunia septem et duos denarios Barchinone censuales solvendos anno quolibet certo termino *et cetera*, prout de vendicione dicti censulis in quo est specialiter obligatum dictum terre trocium constat *et cetera*. Et ideo, renunciando *et cetera*. Salva cessione subscripta *et cetera*. Et sine eviccionem bonorum meorum *et cetera*. Presentem vobis facio apocham de soluto *et cetera*^h. Fiat largo modo cum cessione ad

tuendum dictum terre trocium sibi stabilitum *et cetera*. Sive cum eviccione et obligacione bonorum suorum *et cetera*.

Testes, Anthonius Riera, agricultor, Anthonius Corts, sartor, et Georgius Cornet, molinerius, ville Aqualateⁱ.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. *segueix, cancel·lat, filio et*. c. *segueix, cancel·lat, Anthonius Almunia, quondam, ville Aqualalte, qui heres fuit*. d. *segueix, cancel·lat, patri sui*. e. *segueix, cancel·lat, eiusdem*. f. *fecit, corregit al damunt de fecerunt*. g. *castri, interlineat*. h. *segueix, cancel·lat, necnon*. i. *tot l'instrument ratllat amb una ratlla vertical*.

747

1479, octubre, 4. Igualada

Antoni Codinelles, fuster, del lloc d'Espelt, constitueix Pere Aguilera, teixidor de la vila d'Igualada, procurador seu perquè pugui cobrar en nom seu qualssevol deutes.


API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 199v.

Die lune, .IIII. octobris, anno predicto.

Ego, Anthonius^a Codinelles, fusterius, loci de Spelt, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Petrum Aguilera, textorem^b ville Aqualate, presentem, procuratorem meum certum *et cetera*, videlicet, ad petendum, exhigendum, recipiendum et habendum, pro meo et nomine meo, omnes et singulas peccunie quantitates michi debitas et debendas racionibus *et cetera*. De receptis apochas *et cetera*. Exequuciones *et cetera*. Et ad lites largo modo cum potestate substituendi quascumque proprietates meas et alias que michi pertineat *et cetera*. Illis logerio *et cetera*. Et inde qucumque instrumenta *et cetera*. Promitens habere ratum *et cetera*, et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes, Petrus Mas, sartor, et Gracianus Bertran, agricultor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*. b. *segueix, cancel·lat, dicte*.



748

1479, octubre, 7. Igualada

Francesc Aguiló, prevere i procurador de la comunitat de preveres de l'església de la vila de Santa Coloma de Queralt, constitueix procurador de la predita comunitat Pere Soler, cirurgià de la vila d'Igualada.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 200r.

[f. 200r] Die iovis, .VII. octobris, anno .M.CCCC.LXXVIII^o.

Discretus Franciscus^a Aguilo, presbiter, procurator venerabilis comunitatis presbiterorum ecclesie ville Sancte Columbe de Queralto, cum potestate substituendi, legitime constitutus, ut constat de sui procuracione instrumento inde facto et acto in scribania publica dicte ville Sancte Columbe, die et anno in illo contentis, vigore potestate sibi in eodem procuratorio instrumento atributo, substituit et ordinavit procuratorem suum dicto nomine et dicte venerabili comunitatis Petrum Soler, chirurgicum, ville Aqualate, licet absentem, ad lites largo modo. Promitens habere ratum *et cetera*, et non revocare *et cetera*. Sub bonorum suorum principalium obligo *et cetera*.

Testes, Petrus Michaelis, presbiter, ville Cervarie, et discretus Petrus Cort, presbiter, ville Sante Columbe de Queralto.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

749

[1479, octubre, 7. Igualada]

Antoni Ferriol, de la vila d'Igualada, estén àpoca a favor de Salvador Eraneda, de la vila de Monistrol de Montserrat, per la quantitat de 30 lliures, pagada tant en diners com en béns mobles, en concepte del dot d'Eufrasina, esposa seva i filla d'aquest.

API 307. JOAN ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 200r.

Sit omnibus notum quod ego, Anthonius^a Ferriol, ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis, Salvatori Eraneda, ville Monistrol de Montisserati, diocesis Vicensis, quod ex illa maiori peccunie quantitate quam michi^b dare et tradere^c teneamini^d racione dotis domine Eufrasine, uxoris mee filieque vestre, ut in

capitulis matrimonialis inter me et ipsam factis lacius est videre^e, solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, inter denarios et bona mobilia iusto precio extimata, triginta libras monete Barchinone de terno. Et ideo, renunciando excepcioni non numerate et non solute peccunie, et doli mali in testimonium premissorum de predictis .XXX. libras, presentem vobis facio apocham de soluto. Actum est hoc Aqualate, undecima die mensis octobris, anno a Nativitate Domini millesimo .CCCC.LXX. nono. S+num Anthonii Ferriol, predicto, qui hec laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Petrus Canaletes, maior dierum, et Dalmacius Mercader, botigerius, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *michi, interlineat.* c. *tradere, interlineat al damunt de solvistis, cancel-lat.* d. *segueix, cancel-lat, vobis.* e. *ut in capitulis ... videre, interlineat.*

750

1479, octubre, 11. Igualada

Pere Bramona, del terme de Sant Cugat del Vallès i la parròquia de Sant Cebrià de Valldoreig, constitueix Pere Muset, teixidor de la vila d'Igualada, procurador seu per a acordar l'adquisició del mas Nou, que es troba al Pla de na Farfalla, al terme del castell d'Òdena, amb el preu que ja li especificà, la promesa de pagar l'entrada, l'acceptació, si és el cas, de deutes o censal sobre el mas, i amb la gestió de les cauteles i clàusules necessàries.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 200r-200v.

Die lune, .XI. octobris.

Ego, Petrus^a Bramona, termini Sancti Cucufatis Vallensis et parrochie Sancti Sebriani Vallis de Oreig, ex certa sciencia constituo et ordino vos, Petrum Muset, textorem ville Aqualate, licet absentem, procuratorem meum certum et specialem *et cetera*, videlicet, ad tradendum, concordadum et finiendum de et super empcione^b seu adquisicione per me fienda de manso Novo, cito in termino castri Otine, in plano *de na Farfalla*, sub et cum illis pactis modo et forma, precio aut peccunie quantitatis quibus expedierit *et cetera*. Et precium seu intratam solvere promitendo in illis solucionibus et modo quo vobis videbitur

faciendum. Et si expedierit onus [f. 200v] solvendi quecumque censualia et alia debita seu onera dicti mansi acceptandum et concordandum *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Et quecumque necessaria et utilia instrumentum cum pactum, paccionibus, stipulacionibus, bonorum meorum obligacionibus, renunciacionibus, iuramentis et aliis clausulis et cautelis inde necessariis et opportunis faciendum et firmandum. Et generaliter *et cetera*. Promittens habere ratum *et cetera*. Et non revocare *et cetera*. Sub bonorum meorum obligo *et cetera*.

Testes huius rei sunt Petrus Comes, sartor, civis Barchinone, et Nicholaus Busquets, textor, ville Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, per.*

751

1479, octubre, 12. Igualada

Pere Aguilera, teixidor de la vila d'Igualada, procurador de la comunitat de preveres de la vila d'Igualada, d'una part, i Antoni Miquel, àlies Comes, Francesc Miquel, àlies Comes, corder de la predita vila, i Pere Comes, sastre i ciutadà de Barcelona, de l'altra, elegeixen àrbitre Pere Franquesa, mercader de la mateixa vila, per a resoldre el litigi que hi ha entre ambdues parts a la cort dels batlles de la vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 200v.

Die martis, .XII. octobris.

Ego, Petrus^a Aguilera, textor ville Aqualate, procurator^b venerabilis comunitatis presbiterorum Aqualate, pro una parte, et nos Anthonius Miquel, alias *Comes*, Franciscus Miquel, alia *Comes*, corderius dicte ville, ac Petrus Comes, sartor, civis Barcelona, ex altera parte, gratis nos, dicte partes, dictis nominibus, compromittimus in vos, venerabilem Petrum Franquesa, mercatorem dicte ville, tanquam in arbitrum arbitratorem, laudatorem et amicabilem compositorem inter nos, dictas partes, comuniter et concorditer electum super causa seu questione venenti inter nos, dictas partes, super qua partes nos fuit altercatum et litigatum in curia honorabilium baiulorum dicte ville, causis et racionibus in processu inde inter nos, dictas partes, in dicta curia

dictorum *et cetera*. Et super missionibus et expensis *et cetera*. Et super deppendentibus *et cetera*. Et super excepcionibus *et cetera*. Promitentes nos, dicte partes, comparere coram vobis, dicto arbitro *et cetera*. Fiat largo modo iuxta causas *et cetera*. Cum pena .C. solidorum^c. Volentes nos, dicte partes, quod si contigerit expirare presens compromissus, et siqua produceretur coram dicto arbitro, valeant tamen quantum facerent si coram in dicta ordinacio fuisset pro tunch. Et tempus infra quod presens compromissus tractari valeat et determinari hunch per totum presentem mensem octobris, quod possit prorogari per dictum arbitrum hunch per totum presentem mensem novembris proxime venientis.

Testes, Petrus Ledo et Nicholaus Busquets textores dicte ville^d.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, un mot.* c. *la resta de la línia, en blanc.* d. *continua la següent nota al peu del document, Die dominica, .XXXI. dictorum mensis et anni, dictus Petrus Franquesa, arbiter predictus, prorogavit tempus dicti compromissi [segueix, cancel·lat, hunch] per totum tempus quod prorogari possit; presentibus testibus, discretus Iohannes Pellicer, presbiter, et Raymundus Tria, ville Aqualate.*

752

1479, octubre, 20. Igualada

Fra Pere Aguilera, prior del monestir de Sant Agustí, a la vila d'Igualada, reconeix a Pere Franquesa, mercader de la predita vila, que ha rebut 50 lliures en concepte de la venda d'uns horts o tros de terra, en el qual hi ha construït un trull d'oli, prop del portal de la Font de la vila.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 201r.

[f. 201r] Die mercurii^a, .XIIII. octobris, .M.CCCC.LXXVIII^o.

Sit omnibus notum quod ego, frater Petrus^b Aguilera, prior monasterii Sancti Augustini, infra terminos ville Aqualate constructi, confiteor et recognosco vobis, venerabili Petro Franquesa, mercatori ville Aqualate, presenti, quod inter diversas vices sive soluciones solvistis et tradidistis michi, voluntati mee, illas quinquaginta libras monete Barchinone de terno pro quibus seu quarum precio ego, tanquam prior predictus, cum assensu

fratrum conventus eiusdem monasterii, vendidi vos et vestris et quibus volueritis, perpetuo, omnes illos ortos sive terre trocium in quo est constructum quoddam torcular sive *trull* olivarum, citum in termino dicte ville, satis prope portalia Fontum dicte ville^c.

Testes huius rei sunt Dalmacius Mercader, botigerius, et Michael Gil, assahonator pellium, et Marchus Catarro, ville Aqualate.

a. *segueix, cancel·lat, .XX.* b. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* c. *segueix un espai en blanc corresponent a tretze línies.*

753

1479, octubre, 21. Igualada

Joana, vídua de Marc Busquets, notari de la vila d'Igualada, trobant-se en necessitat, lloga a Antoni Trullols, prevere de la vila d'Igualada, pel temps d'un any, això és, per a un esplet, un tros de terra situat a l'horta Vella de la vila, a sobre i a sota del reg dels molins de l'abadia, i per això reconeix haver rebut 5 lliures; na Joana signa l'època de la predita quantitat.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 201r-201v.

Die iovis, .XXI. octobris, anno predicto.

Ego, Iohanna^a, uxor venerabilis et discreti Marchi Busquets, quondam, notarii ville Aqualate, tenens et possidens omnia et singula bona et iura eiusdem viri mei pro meis dote et spotalicio, gratis *et cetera*, pro succurendo me in meis victu et necessitatibus, ad unum annum primo et continue venturum, hoc est, ad unum expletum, mito seu loco vobis, discreto Anthonio Truyllols, presbitero dicte ville Aqualate, totum illud terre trocium sive ortos [f. 201v] hereditatis dicti venerabilis viri mei, citos in orta Veteri dicte ville, videlicet, supra et infra regum molendinorum de la abbadia, prout terminatur *et cetera*. Hoc itaque *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extrahens *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Pro precio vero predictorum que vobis mito sive loco dedistis et solvistis michi et confiteor a vobis habuisse et recepisse numerando^b quinque libras Barchinone. Et ideo, renunciando *et cetera*, dono et remito *et cetera*. Promito facere, habere et tenere *et cetera*. Et tenebor de eviccionem *et cetera*. Et solvam missiones *et cetera*. Super quibus *et cetera*. Obligo bona

et cetera. Renuncio et cetera. Et iuro vos cum teneamini a fodere, arare dictam terram et plantas putare et fodere suis temporis congruis et opportunis ad usum boni agricultoris. Et dictus Anthonius Truylols acceptavit dictum logerium et cetera. Promitens et cetera.

Testes, Michaelis Mas, textor, et Bartholomeus Torello, agricultor, ville Aqualate.

Item, dicta domina Iohanna^c firmavit apocham de soluto de dictis quinque libris, precii dicti logerii.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.* b. *segueix, cancel·lat, per.* c. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.*

754

1479, octubre, 30. Igualada

Francesc Dalne, barreter del regne de Castella, i Francesc Puig, barreter de la ciutat de Lleida, prometeren complir arrest dins la vila d'Igualada, a saber, de la casa on es fan barrets fins l'església major, tornant per la plaça del Blat i el carrer de Santa Maria, i per a això presten homenatge en poder d'Antoni Simó, batlle de la vila pel monestir.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 201v.

Die sabati, .XXX. octobris, anno predicto.

Ego, Franciscus^a Dalne, capellerius regni Castell^b, et Franciscus^c Puig, capellerius civitatis Ilerde, *et cetera*, promiserunt tenere arrestum intus presentem villam, videlicet, a domo qua operam capelli, sive *los sombrerers*, usque ad ecclesiam maiorem eundo et redendum per plateam Bladi et vicum Sancte Marie *et cetera*. Sub pena .XXV. librarum *et cetera*. Obligamus personas et bona *et cetera*. Et iuramus *et cetera*. Et prestarunt homagium ore et manibus in posse honorabilis Anthonii Simon, baiuli dicte ville pro monasterii.

Testes, Petrus Mas, sartor, et Nicholaus Puiggros, parator Aqualate.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.* b. *segueix, cancel·lat, ex una.* c. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.*

755

[1479, octubre, 30. Igualada]

Els predits Francesc Dalne i Francesc Puig es donen paraula de pau mútua pel temps d'un any.

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 201v.

Item, ego, dictus Franciscus^a Dalne, ex una, et ego, Franciscum^b Puig, ex altera parte, nos, dicte partes, damus verbum [*pacis*]^c pars videlicet parti duraturum per tempum unius anni cum tenenciis .X. dierum, quod possit reddi in posse dictorum honorabilium baiulorum *et cetera*, pena .XXV. librarum *et cetera*. Obligamus personas et bona *et cetera*. Renunciamus *et cetera*. Et iuramus *et cetera*.

Testes, predicti.

a. *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iur ho, per iuravit homagium.* b. *ídem.* c. *manca al manuscrit.*

756

1479, novembre, 2. Igualada

Joan Ponç, mercader de la vila d'Igualada, marmessor i executor del testament del difunt Guillem Bargalló, sabater de la vila, ven en encant públic a Joan Riba, pagès de la mateixa vila, tot un mas —amb terres, honors i pertinences— anomenat mas Martí, que es troba al terme del castell d'Òdena, pel preu de 8 lliures; a això, Jaume Marquet, corredor públic, reconeix que vengué aquest mas a Joan Riba, el mésdient, qui oferí els predits 100 sous [sic].

API 307. Joan ALAMANY, *Manuale scribanie publice*, f. 202r.

[f.202r] Die martis, .II. novembris, anno a Nativitate Domini .M.CCCC.LXXVIII^o.

In Dei nomine. Ego, Iohannes^a Poncij, mercator ville Aqualate, manumissor et exequtor testamenti seu ultimi pii propositi Guillermi Bargallo, quondam, sutori dicte ville, prout de ipsa manumissoria plene constat per testamentum eiusdem Guillermi Bargallo, quod fecit et firmavit in scribanie presenti *et cetera*, die et anno in illo contentis, gratis *et cetera*, pro complendo pio proposito eiusdem defuncti et iuxta potestatem

in eo michi attributam previa legitima subastacione^b, vendo et ex causa vendicionis concedo vobis, Iohanni Riba, agricultori dicte ville, et vestris et quibus volueritis, perpetuo, totum illum mansum vocatum mas *Martí*, citum in termino castris Otine, cum terris, honoribus et pertinentiis suis, prout terminatur^c... Et tenetur^d. Hanc autem *et cetera*. Sicut melius *et cetera*. Extraho dicto nomine *et cetera*. Eademque omnia et singula *et cetera*. Promitens tradere possessionem *et cetera*. Cedens iura *et cetera*. Quibus iuribus *et cetera*. Et omnia alia *et cetera*. Salvis *et cetera*. Precium^e predictorum que vobis, dicto nomine, vendo est octo librarum Barchinone, Et ideo renunciando dono *et cetera*. Et remito *et cetera*. Promito tenere de eviccionem *et cetera*. Et pro ipsa eviccionem obligo *cetera bona et iura dicte manumissorie, mea autem propria bona non intendo obligare et cetera*. Ad hec ego, Iacobus Merquet, curritor publicus et iuratus ville Aqualate, confiteor et recognosco vobis^f, dicto Iohanni Riba, quod predicta per vos empta fuerunt subastata pro me, per villam Aqualate palam et publice per .XXX. dies et ultra, et cum multi ad emendum predicta accesserunt, nullius aparuit qui tantum precium daret quam vos, qui obtulistis vos dandum dictos centum solidos. Et ideo, vobiscum, tanquam plus danti venditorem feci legitime supradicta.

Testes, Anthonius Miquel, alias *Comes*, et^g Gabriel Sartra, faber, ac Vitalis Hostal, hospitalerius, ville Aqualate. Sunt eciam testes dicti Iacobi Merquet^h.

